Il y a plusieurs autres endroits où ce savant commentateur pourroit être soupçonné de Pelagianisme, auxquels néanmoins Maldonat n'a point touché ; ne croyant pas qu'il fallût juger de la doctrine d'Euthymius par raport à celle de saint Augustin. Il parle le langage de son Eglise dans la remarque qu'il a faite sur ces paroles de Jesus-Christ, *Qu'il eût mieux valu que Judas ne fût point venu au monde (f)*. Quelques-uns, dit-il, assûrent qu'il n'y avoit point de la faute de Judas, puis qu'il a accompli ce qui avoit été déterminé auparavant ; auxquels nous répondons qu'il n'a pas trahi son Maître par ce que cela avoit été déterminé auparavant ; mais il a été déterminé parce qu'il l'a trahi, Dieu ayant prévu tout ce qui devoit arriver : car cet homme devoit être véritablement tel, non de sa nature mais de sa volonté.

Il observe sur ces mots de saint Jean, *Afin (g) que tous crussent par luy*, que Jean a, à la vérité, rendu témoignage afin que tous crussent, et que cependant tous n'ont point cru : car la foy n'est pas contrainte mais volontaire : *Οὐκ ἐκ βίας γὰρ ἡ πίστις, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως.*

Il ajoute en suite sur ces autres mots, *Il (h) étoit la lumière véritable qui illumine tout homme qui vient au monde* : s'il (i) illumine tout homme qui vient au monde, comment est-il resté tant d'hommes qui n'ont point été illuminez ? Il répond que pour ce qui est de Jesus-Christ il illumine tout le monde ; que s'il y en a quelques-uns qui demeurent sans être illuminez, cela vient de leur volonté : car la grace de la lumière, ajoute-t-il, a été répandue généralement sur tous à l'exemple du soleil ; mais ceux qui ne veulent point jouir de la grace, sont eux-mêmes la cause de ce qu'ils ne sont point illuminez.

Les Livres du Nouveau Testament étant remplis de particules causales, qui semblent detruire la liberté de l'homme, il remarque à l'imitation des autres Commentateurs Grecs, qu'on ne les doit

(b) Διότι οὐκ ἦν ἀναγκαῖον τὸ περὶ ταύτης εἰπεῖν. Τί γὰρ ἂν καὶ συνετέλεσε Χριστιανοῖς ἡ ταύτης διέγερσις ; διὸ ταύτην μὲν παρὲδραμον. Τοῖς δὲ λόγοις τοῦ μυστικῆς δέειπνου φιλοπονώτερον προσδέτῃ-ρηψαν, ὡς ἀναγκαῖωτάτων καὶ συνεκτικώτατον τῆς ἡμῶν πίστεως. Ibid.

(c) Maldonat. Comment. in Matth. cap. xxvi, v. 20.  
(d) Matth. ix, 13.

(e) Euthym. Comm. ad Matth. cap. xxvi, vers. 35. Verba infra vide : Οὐτε ἀνθρωπίνῃ προθυμίᾳ κατορθοῦ-τε χωρὶς τῆς θείας βοήθης. x. τ. λ.

(f) Φασὶ δὲ τινες, ὅτι ἀνέγλητός ἐστι, τὸ προω-μενόν ἐπιτέλεσας. Πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι οὐ διότι πρόηρσα, διὰ τοῦτο παρὲδρακεν ἄλλὰ διότι παρ-

εδραξε, διὰ τοῦτο πρόηρσα, τοῦ Θεοῦ προειδότος τὸ παντὸς ἀποδησόμενον. Ἐμῆλε γὰρ ὄντως ἀποβῆναι τοιοῦτος, οὐκ ἐκ φύσεως, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως. Ad Matth. cap. xxvi, vers. 24.

(g) Joan I, 7.

(h) Ibid. 9.

(i) Εἰ δὲ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, πῶς τοσοῦτον μεμνηχιστὴν ἀφώτιστοι ; τὸ μὲν εἰς αὐτὸν ἔχον πάντως φωτίζει ; οἱ δὲ μένοντες ἀφώτιστοι, παρὰ τὴν ἐκῆτων προαιρέσειν πύτχουσι. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς χάρις ἡλίου δίκην ἐπὶ πάντας ἀπλῶς ἐκκέχεται ; οἱ δὲ μὴ θέλοντες ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος, αὐτοὶ τοῦ μὴ φωτισθῆναι αἴτιοι. Ad Joan. cap. I, vers. 40.

point considerer comme causales, ayant été mises A seulement pour signifier ce qui devoit arriver. C'est en ce sens qu'il explique cette expression de saint Jean : *Afin (k) que cette parole du prophete Isaie fut accomplie*, *Κάνταῦθα*, dit-il, *τὸ ἴνα, οὐκ ἔστιν αἰτιολογίας, ἀλλ' ἐκβάσεως, ἥτοι πληρώσεως τοῦ μίλλοντος.*

Ce qu'il étend généralement à tous les endroits où cette expression et quelques autres semblables se rencontrent : car, comme il ajoute, les choses que les prophètes ont prédites ne sont pas arrivées parce qu'ils les ont prédites ; mais elles sont prédites parce qu'elles devoient arriver. Il repete la même chose sur ces mots du verset suivant, *C'est (l) pourquoy ils ne pouvoient croire parce qu'Isaie a dit*, où il remarque en même temps *que ne pouvoit point*, signifie aussi *ne vouloir point*, *Τὸ γὰρ μὴ δύνασθαι σημαίνει καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι.*

Il ajoute encore une reflexion semblable sur ces autres paroles qui suivent immédiatement après, et qui paroissent d'abord avoir quelque chose de dur, *il a (m) aveuglé leurs yeux, il a endurci leur cœur de peur qu'ils ne voyent etc (n)*. Cela, dit-il, est aussi une maniere de parler propre à l'Écriture, de faire Dieu auteur de ce qu'il ne fait que permettre : car ces mots, *il a aveuglé, il a endurci*, sont la même chose que, *il a permis qu'ils fussent aveuglez et endurcis*, comme ne pouvant plus être gueris : car il ne tire personne par force, chacun ayant sa liberté. Ce qu'il confirme par plusieurs autres expressions tant du Vieux que du Nouveau Testament.

Je n'aurois jamais fait, si je voulois rapporter en détail tous les lieux où ce savant Commentateur se précautionne, de peur qu'on n'attribuât à Dieu ce qui vient purement de nous. Il assure après avoir conféré avec soin plusieurs passages ensemble, que ce sont des façons de parler propres à l'Écriture : ce qu'il avoit appris des plus anciens Docteurs de l'Église. J'insérerai encore icy la reflexion qu'il a faite sur ces paroles ; *Afin (o) qu'il donne la vie éternelle à tous ceux que vous luy avez donnez. Autant (p) dit-il, que cela est en luy. Si quelques-uns n'ont point cru, et n'ont point reçu la vie éternelle, c'est leur propre faute : car il a plu au Pere que le Fils donât le pouvoir à tous par la foy, et que tous fussent soumis au joug de ses commandemens. Le Fils a aussi donné à tous par le ministère des apôtres l'Evangile, qui est la connoissance de Dieu, en laquelle consiste la vie éternelle. Mais ceux qui ne sont point*

*soumis, et qui n'ont point reçu cet Evangile, sont eux-mêmes la cause de leur perte : car Dieu ne contraint personne malgré luy ; la vertu venant de notre choix.*

Enfin j'ay raporté dans la premiere partie de cet ouvrage, les observations critiques qu'Euthymius a faites sur le chapitre dernier de saint Marc, et sur le vin de saint Jean lesquelles sont des preuves de sa grande exactitude. Il ne dit pas, comme Hentenius luy a fait dire dans sa version, que les douze versets dont il s'agit en ce lieu-là n'ont été interpretés par aucun commentateur, mais seulement que saint Chrysostôme n'en parle point, *Μὰθε τὸν Χρυσόστομον ὄλωσ μνημονεῦσαι αὐτῶν* : car c'est ainsi qu'on fit dans les deux exemplaires manuscrits de B la bibliotheque du roy. Ce seroit icy le lieu de marquer les autres fautes de ce traducteur : mais outre que cela seroit long et même ennuyeux, on pourra publier le texte Grec de cet excellent Commentaire avec une nouvelle traduction. Il faut cependant avouer que Hentenius est beaucoup plus exact dans sa version, que celui qui nous a donné en Latin le Commentaire de cet auteur sur les Pseaumes.

Hentenius de plus a eu un fort bon exemplaire ms. comme je l'ay reconnu em comparant sa traduction avec les deux manuscrits de la bibliotheque du roy, qui sont très-exacts. On y trouve aussi bien que dans le sien des scolies qui y ont été ajoutées, et qu'il a fait imprimer en caractères italiques. Ce qui mérite le plus d'être considéré, c'est que les copistes Grecs qui ont écrit ces scolies ne conviennent pas toujours, y en ayant plus dans quelques mss. que dans les autres. Elles sont à la marge dans un des mss. du roy, et dans l'autre en partie à la marge, et en partie dans le corps du livre avec la note *σχολ. scolies* ; et quelquefois même sans cette note. Cette differente maniere d'écrire les scolies que les Grecs ajoutent à la plupart de leurs livres, y a apporté beaucoup de confusion : car il est arrivé dans la suite qu'on a confondu avec le texte plusieurs de ces scolies, comme il me seroit aisé d'en produire un grand nombre d'exemples, tirez de ce Commentaire d'Euthymius. Mais il suffit d'avoir fait cette observation en general, afin qu'on se précautionne en lisant les Commentaires des auteurs Grecs, où l'on a inseré plusieurs choses après coup, comme nous avons aussi vû qu'il est arrivé à Theophylacte.

(k) Joan. xii, 38.

(l) Joan. xii, 39.

(m) Ibid. vers. 40.

(n) Ἰδιώμα καὶ τοῦτο τῆς Γραφῆς, τὸ τὴν παραχώρησιν τοῦ Θεοῦ, ὡς πράξιν αὐτοῦ λέγειν. Τὸ γὰρ τετύφλωκε καὶ τὸ πεπώρωκεν, ἀντὶ τοῦ παρεχώρησε τυφλωθῆναι καὶ παρωθῆναι, ὡς ἀειμάτων. Οὐδένα γὰρ ἀνθέλκει, διὰ τὸ αὐτεξούσιον ἑκάστου.

(o) Joan. xvii, 2.

(p) Ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῶ. Εἰ δὲ τινες οὕτε ἐπίστευ-

σαν, οὕτε ἔλαβον ζωὴν αἰώνιον, τῶν τοιούτων ἐστὶ τὸ ἔγκλημα. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ εὐδόκησεν, ἵνα πάντων ὁ Υἱὸς ἐξουσιάζῃ διὰ τῆς πίστεως, καὶ πάντες ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῶν ἐπιτολῶν αὐτοῦ γένωται· καὶ ὁ Υἱὸς δὲ πᾶσι διὰ τῶν ἀποστόλων δέδωκε τὸ Εὐαγγέλιον τὴν θεογνωσίαν, ἥτις ἐστὶ ζωὴ αἰώνιος, ὡς πρόξενος ζωῆς αἰωνίου· οἱ δὲ μὴ ὑποταγέντες, μηδὲ παραδιδάμενοι, οὗτοι τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας αἴτιοι. Οὐδένα γὰρ ἄκοντα καταναγκάζει. Αἰρετὴ γὰρ ἡ ἀρετή.

Jo. Albertus FABRICIUS in *Bibliotheca Græca* vol. VII, pag. 474. Hamburgi 1727, 4.

Commentarius (Euthymii Zigabeni) in quatuor Evangelia, ex Chrysostomo et aliis priscis Patribus non sine iudicio delectus. Hoc quoque eximium opus nec dum Græce lucem vidit, licet id affirmet viri docti, Caveus, Elias du Pin, atque alii. Latine e præclaro Codice Bibl. cænobii Deiparæ Virginis Guadalupensis Ord. D. Hieronymi in regno Castellæ, transtulit I. Hentenius, accuratior Zino, Sauloque interpres, cujus versio prodiiit primum Lovanii 1544. fol. recusa (q) Paris. 1547, 1560, 1602, 8, et in Bibliotheca Patrum, tom. XIX. edit. Lugd.

Duos codices ms. Græcos hujus Commentarii similibus qualia Hentenius in suo reperit scholiis instructos in Bibl. Regia Parisiensi evolvisse se testatur Rich. Simon., lib. III Historiæ Criticæ (r), Novi Test. cap. 29, in quorum altero Mazariniano,

(q) A Voigtio in Catalogo Hist. Crit. lib. rar. p. 734, et ab aliis memoratur etiam ex Theoph. Sinceri Biblioth. Hist. crit. lib. rar. p. 125 seq. editio Parisina anni 1544 in-8 apud Joannem Reigny. Excudebat Carol. Guillard. Sed in Indice hujus editionis, quem integrum videtur exhibuisse Voigtius, non legitur: *Liber hic neque Græce neque Latine antea typis unquam excusus est*: quæ leguntur

sed recentioris manus scriptura Nicetæ tribuitur quod non magis credibile, quam eorum conjectura, qui vel Œcumenio vel Ammonio nescio cui vel Theophylacto ascribere voluerunt.

Plura loca Græce ex hoc Commentario producit Simonius, tum hoc capite tum (s) lib. I. p. 120 145; et lib. III, p. 84, et magni eum facit in primis, assentiturque Maldonato, qui ad Matth. XVII, 8, Euthymium in verborum proprietatibus observandis diligentissimum esse observavit. Inter scriptores e quibus Aurea Thomæ Aquinatis Catena in Evangelia collecta est, Euthymii nomen in recentioribus quibusdam editionibus additum, in antiquioribus et in Romana anni 1670, desideratur. Vide Simonis Hist. Criticam Novi Test. lib. III, p. 409 et 473.

in editione Lovaniensi. Ergo ut videtur, Lovaniensis tamen est princeps, etsi reperiatur Parisina ejusdem anni. Forte autem erratum est in numeris, ac pro 1544 legendum esse 1547. In tanta libri raritate nihil hac de re certum habeo.

(r) Commentatorum.

(s) De textu N. Test.

### Ex tomo primo *Dissertationis historicæ in Bellarminum* P. Phil. LABBE.

Euthymius Zigabenus, monachus Græcus, vixit ineunte sæculo XII superstesque adhuc erat anno 1118, quo Alexius Comnenus imperator obiit. — Scripsit orthodoxæ fidei Panopliam adversus omnes hæreses, in duas partes tributam, interprete Petro Francisco Zino Veronensi canonico: Commentationes in omnes 150 Psalmos, et decem sacræ Scripturæ cantica, e Græco in Latinum sermonem

conversas per R. P. Philippum Saulium, episcopum Brûgnatensem; Commentaria in Evangelia, interprete Joanne Hentenio Mechliniensi.

Hic auctor a Sixto Senensi diligens Scripturarum expositor, a cardinale Baronio accuratissimus earumdem Interpretres a Joanne Maldonato, in observandis verborum proprietatibus diligentissimus appellatur.

### Jo. Augustus ERNESTI in *Institutione interpr. N. Test.* Pars II, cap. 9, § 24.

Nec prætereundus Euthymius Zigabenus, Panopliæ Dogmaticæ scriptor, e sæc. XII; cujus Commentarios in Evangelia Latine editos a Joan. Hentenio habemus, pariter e Chrysostomo maxime, sed tamen et aliis ductos, et doctis valde probatos, ut

Sadoletum (t), quem vid. Epist. p. 214 edit. nov. add. Fabric. Bibl. Græc. t. VII, p. 484. Et memorantur codices scripti Comment. in Epist. Pauli, item Catholicas.

(t) Apud Sadoletum l. I. in edit. Veron. 1737, 4, nihil nisi hoc reperi; Ab Euthymio, cui ego senten-

tias Basilii, Chrysostomique referenti, in Epistolis Pauli enotandis tribuo permultum.

### Jo. Augustus NOESELLT *De Catenis Patrum Græcorum.* Halæ ad Salam 1762, 4, pag. 23 seqq.

Ex eodem genere (u) est Euthymii Zigabeni sæc. XIII monachi monasterii Constantinopolitani, cognou-

minati τῆς ποιητικῆς, Panopliæ dogmaticæ scriptoris, Commentarius in IV Evangelia, quem a

(v) Exposuerat proxime ante hunc de Theophylacto.

Joan. Hentenio in cœnobio regni Castellæ repertum A et e Græco in Latinum sermonem translatum habemus tom. XIX Bibl. PP. maximæ Lugd., p. 475 seqq. Concinnata est hæc expositio ex Origenis, Basilii, Gregorii Nazianzeni et Chrysostomi potissimum scriptis, ea ratione, ut prætermisiss omnibus digressionibus, quæ vel dictionis venustatem subolent, vel ad corrigendos mores spectant, ea in primis breviter et succincte tradat, quæ ad sensum grammaticum intelligendum maxime faciunt. Quod auctoris nostri consilium cum aliis viris doctis, tum Maldonato præsertim acceptum fuit, qui in com. ad Matth. xvii, 8, in verborum proprietatibus diligentissimum eum esse inonuit. Dubitarunt autem alii, utrum Euthymius, an alius quispiam auctoris laude ornandus sit; ad quos pertinet Joan. Hentenius, B qui in epist. nuncup. refert, plurimis auctorem hujus Catenæ visum fuisse OEcumenium.

Sed cum illud videtur maxime ambiguum sit, ita nec certius quid evincit adducta a Rich. Simone l. c. pag. 410, conjectura, qua, Theophylactum auctorem esse sibi persuadet. Qui enim inter utrumque intercedit consensus, vel a Chrysostomo, tanquam communi fonte, fluxit, vel si singularem dogmatum quorundam tractationem spectes, a stabilitis in Ecclesia Orientali fidei capitibus. Verum sæpius discedere Euthymium a Theophylacto cum in interpretatione, tum in lectione, exempla comprobant. Ita e. c. cum Theophylacto quidem et aliis codicibus conspirat in lectionibus supra (x) memoratis Matth. iii, 11; v, 47; Luc, vii, 34 et aliis. Haud raro tamen singulari lectione gaudet, in quibusdam tantummodo N. T. codicibus obvia; ut Joan. viii, 40, ubi loco παρά του θεου Euthymius legit: Παρά του πατρός isque solus, et xiii, 25, voci Ιακείως subjungit ούτως. Cum ergo ille recumberet ita super pectus Jesu, etc. Quod interpretatur: Ita sicuti recumbebat, hoc est non elevatus; sed tantum conversus. Similiter Joan. xix, 16, legit ἡγαγον εἰς τὸ πραιτώριον. Matth. xiii, 27, deest σῶ (y); et Luc. v. 19 omissum deprehendimus δια ante ποίτας. It. Luc. xxii, 35, recte cum codd. quibusdam omittit καὶ ὑποδημάτων. Sed cautio hic adhibenda est ac diligentia, propterea, quod omnes lectionum varietates minime ab Euthymio proficisci, sed multas potius

e margine in contextum irrepsisse exploratum est. Refert enim Hentenius in præf. margini exemplaris ascriptas fuisse adnotationes (z), quæ deinde in reliquæ scripturæ ordinem redactæ atque post ejus particulæ textus enarrationem, ad quam ponebantur, ab ipsolocatæ sint. Unde etiam haud mirum, quod toties cum exemplari (a) Complutensî Græco et Vulgato interprete congruat, præsertim cum ipse editor mala fide in corrigendo subinde egerit. Ita in recensione locorum quorundam, in quibus exemplar Hentenii alia habebat, quam ea, quæ vulgo circumferuntur, exemplaria, ipse loco cit. pag. 485, narrat, verba Luc. xix, 15. οἷς ἴδωκε (b) τὸ ἀργύριον apud Euthymium non exstitisse: Quod tamen, inquit, addidimus sicut quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et in Complut. editione habeatur. Hisce nævis facile mederi potuissent editores, si textum Euthymii collegissent e codicibus Græcis; præsertim Parisiensibus et Barocciano 28, qui Millio quondam in inquirendis lectionibus magno adjumento fuit. Illud quoque sciendum est, Euthymium iis in locis, ubi argumentum se offert, quod in alio evangelista jam dilucidatum erat, transmittere lectorem ad dictam expositionem, citato nimirum juxta Græcorum supputationem capite; cujus allegandi rationis secundum majora κεφάλαια institutæ mentionem injiciens Sixtus Senensis, Bibl. S. L. III, p. 166, refert: Euthymius seu, ut quibusdam videtur, OEcumenius distribuit Evangelium Matthæi in titulos seu capita (c) 86. Cujusmodi distinctiones apud Marcum exstant 48; Lucam 83; Joannem denique 18; non numerata sectione de muliere in adulterio comprehensa, quæ narratio quanquam a Græcis doctoribus passim omissa, ab Euthymio explicatur (d). Neque etiam intactas relinquit sententias, quibus stant qui Græcæ Ecclesiæ addictos sese profitentur. Qualis est illa, quæ progenit contentionem inter Græcos et Latinos diu olim agitatam; quo scilicet die Christus agnum paschalem comederit? porro doctrina de operum retributione non statim a morte cujusvis initium capiente, sed differenda ad diem judicii: denique etiam de Spiritu sancto a solo Patre procedente. cui opinioni in hæsisse scriptorem nostrum arguunt loca, quibus Spiritum sanctum a Patre procedere

D

(x) Pag. 16. Sunt autem hæc: Matth. iii, 11 omititur καὶ πυρί. N. 37, φίλους, pro ἀδελφούς. Luc. vii, 31, absunt, εἶπε δὲ ὁ Κύριος.

(y) Servat id uterque codex meus.

(z) Idem quoque de Parisinis codd. refert Simonis. Id intelligitur etiam ex hac editione et ex codicibus Mosquensibus. Sed ista additamenta in marginibus scholia spectant, non contextum.

(a) Complutensem editionem Hentenius ad manus habuit, ex qua etiam disputat contra editionem Erasmi. Sæpius etiam versionem Latinam Vulgatam pro Euthymio expressit. In eo autem secutus est consuetudinem illorum temporum.

(b) Servat hæc uterque Mosquensis.

(c) Imo 68.

(d) Addit vero Euthymius in fine cap. vii Joan: Scire autem oportet, quod ea, quæ ab hoc loco habentur, usque ad eum, quo dicitur. Iterum ergo locutus est illis Jesus, dicens: « Ego sum lux mundi, » in exactioribus exemplaribus aut non inventiantur, aut obelo confossa sint, eo, quod illegitima videantur et addita. Et hujus argumentum est, quod nullus ea sit interpretatus. Sed minus recte verborum Euthymii sensum percepisse videtur Hentenius, quoniam in duobus mss. codicibus, huic exemplari admodum similibus, quos commemorat Rich. Simon, l. c. pag. 422, verba ita se habent. Μηδὲ τὸν Χρυσόστομον ὁλωσ μνημονεύσαι αὐτῶ. Ita Noesselt in nota ad h. l.

asserit, nulla Filii facta mentione (e). Reliqua quæ Euthymii nomine feruntur scripta, nondum edita, num ab eo profecta sint, exploratum non habemus. Certe quod ad Expositionem epistolarum Pauli atti-

net a nonnullis Euthymio ascriptam, Rich. Simon Bibl. crit. de Du Pin l. c. pag. 323, eos Euthymium cum Oecumenio commutasse iudicat.

(e) Ita ad Joan. xiv, 10. Et datur quidem a Patre. utpote ab illo procedens, mittitur vero à Filio quasi cooperans, et non contrarius. Similiter c. xv, 26.: Vide autem, quod mittit quidem eum et Filius, tan-

quam ejusdem cum Patre honoris; verum id a Patre puta, procedentem. Procedit itaque a Patre, tanquam de ejus substantia. Noesselt in *Notis ad h. l.*

## JOANNIS HENTENII MECHLINIENSIS

### EPISTOLA DEDICATORIA

Illustrissimo ac reverendissimo domino D. Francisco a Bovadilla episcopo Cauriensi, archidiacono Toletano, etc. Joannes Hentenius Mechliniensis, S. D.

Si bonum eo præstantius esse quanto communius, nemo est vel mediocriter morali philosophia instructus qui dubitet, præsul amplissime, virtutum ac litterarum antistes; non erit etiam qui ambigat, commune bonum privato esse præponendum. Idque adeo verum est, ut etiam Christus sacratissimam illam vitam suam vilem habuerit, quo universo generi humano salus adempta possit restitui. Verum nedicat quispiam Christi opera utpote divina nequaquam in numerum esse redigenda: age et ab ethnicis quoque paucos de innumeris referamus, qui suam suorumque vitam communi bono posthabuerunt. In primis autem occurrit Junius ille Brutus, primus Romanæ libertatis assertor, qui proprios filios, quod fuissent consilii de reducendis regibus participes, securi jussit percuti: tametsi ex eorum cæde gravi ipse sauciaretur vulnere; quis enim amor æquari possit patrum erga filios, amoris? Nec id sane Virgilium latuit, qui de eo loquitur in hunc modum:

*Vis et Tarquinius, reges animamque superbam  
Ultoris Bruti, fascesque videre receptos?  
Consulis imperium hic primus sævasque secures  
Accipiet: natosque pater nova bella moventes  
Ab pænam pulchra pro libertate vocabit  
Infelix, utcunque ferent ea facta nepotes:  
Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.*

P. Decius Mus cum consule T. Manlio, Torquato contra Latinos pugnans, cum responsum esset oraculo, utrius exercitus imperator legiones hostium, seque super eas devovisset, ejus populi partisque fore victoriam; se ipsum pro communi exercitus salute devovit.

Idemque fecit filius ejus eodem appellatus nomine, cum jam tertium consul fuisset, semelque censor: quorum etiam his verbis poeta meminit:

*Quin Decios Drusosque simul, sævumque securi  
Aspice Torquatum et referentem signa Camillum.*

Marcus Curtius præterea ob populi salutem sese equo in vectum in terræ hiatum iniecit. Sp. Post-

humius consul, qui ignominiosam pacem cum Claudio Pontio Samnitium duce ad furcas Caudinas pepigerat ac sponderat, auctor fuit senatui, ut secum collega ac tribunis qui auctores sponsonis fuerant, per fœciales nudos vinctosque Samnitibus dederet, quo populus Romanus ab illa pace solveretur.

Q. Ceditius tribunus militum, quem videtur Titus Livius Calphurnium Flammam vocare, primo bello Punico cum quadringentis militibus vel, ut habet Livius, cum trecentis, nisi fortassis hic alius fuerit, morti se tradidit: ut dum in eos, tumulum quemdam capientes, averterentur hostes legiones cum consulibus circumventæ, incolumes ex obsidione liberatæ, pertransirent. Simile quoque egit Decius tribunus militum cum consule P. Valerio Corvino, junctus hastatis unius legionis (quanquam hos fortuna liberaverit) ne hostes Samnites in eos pugnarent. Inter Lacedæmonios ingens est hujus modi copia exemplorum: verum præcipui sese mihi offerant Buris et Spartis, qui ad Xerxen Persarum regem sponte profecti sunt: daturi pœnas quas Lacedæmonii juxta oraculum pendere debebant, eo quod Oratores a Persa missos occidissent. Hi ergo cum ad Xerxen venissent, jusserunt ut se quocunque modo videretur, pro Lacedæmoniis interficeret. Cumque rex pietatem in patriam admiratus, animorumque fortitudinem, liberasset illos a pœna, peteretque ut apud se manerent: Qui possumus, inquirunt, hic vivere, relicta patria, patriisque legibus ac viris, quorum gratia tantum iter suscepimus morituri? Quid Codri Atheniensium regis mortem referam, qui cum videret regionem suam ferro ignique vastari, nec alio modo juxta Apollinis oraculum tam grave bellum discuti posset, nisi ipse hostium manu occidisset, idque non solum in totis Atheniensium castris, sed etiam in contrariis percubisset, ideoque edictum esset, ne quis Codri corpus vulneraret depositis imperii insignibus, familiarem induit cultum, ac palantium globo sese objecit, unumque ex his falce percussum in sui cædem compulsi, ut patriam servaret; hujus siquidem interitu, ne Athenæ occiderent effectum est.

Huic jam rei finem imponam, si prius hominis ethnici, nempe Ciceronis *De somnio Scipionis* dictum vere Christianum de communis boni magnitudine retulero, qui sic ait : « Quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rempublicam, sic habeto : omnibus qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. » Nihil est enim illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia cœtusque hominum jure sociati, quæ societates appellantur : harum rectores et conservatores hinc profecti, huc revertentur. His igitur, qui vel seipsos fortiter pro republica morti tradiderunt, aut in ejus utilitatem artem aliquam quantumvis etiam illiberalem ac sedentariam, sive quidpiam in ea præcipuum gratumque posteris adinvenerunt, vices rependere cupiens antiquitas : et qua liceret, perpetuam eorum memoriam ab interitu vindicare, statuas æreas seu marmoreas sepulcra erexit. Præterea ethnicorum libros ingenti redemptos pretio magna fide vel religione potius descriptos, cedrinis inclusos capsulis, tum cedri succo oblitos, posterius in templis cautissime reponabant : partim ut rei tam sacræ, tamque divinæ custodia non aliis quam ipsis numinibus concrederetur : partim ne quid situs aut caries illa monumenta vitaret. Alii ne hac quidem contenti diligentia, codices cœu thesaurum incomparabilem in altissimis terræ latebris recondebant tanta cura, ut nec incendiis, nec bellorum procellis, quibus omnia sacra profanaque solent misceri, interirent, et posterius certe superessent. Porro si hic honos est habitus superstitionis etiam voluminibus, veluti Numæ ac Sybillæ, aut rerum ab hominibus gestarum memoriam complectentibus, quales erant Ægyptiorum libri : aut aliquam humanæ sapientiæ portionem tradentibus, veluti Platonis et Aristotelis : quanto justius est idem facere Christianos in servandis illorum monumentis ? qui sacro afflati Spiritu, non tam libros, quam oracula nobis reliquerunt, quibus lectitandis, pectus, non doctrina solum aut dicendi facultate, sed virtutibus ac pietate erga Deum impleatur : cum certe ethnicorum librorum jactura id tantum efficiat, ut minus eruditi simus, aut minus eloquentes, non ut minus pii.

In his itaque qui veterum auctorum ac Patrum scripta nobis tradiderunt, maxime autem Chrysostomi quo nemo in enarrandis sacris voluminibus dexterius versatus est, et quo neminem invenias magis accommodatum his qui ad munus concionandi sese parant non posteriores tulit Græcus quidam auctor : qui cernens veteres sacros auctores et præcipue eos qui plurimum laboraverant in enarrandis evangelicæ doctrinæ libris ad quam docendam Filius Dei ad terram descenderat nequaquam pro merito lectitari : sive id librorum multitudine, sive lectorum fastidio, sive temporis acciderit penuria : in unum collegit volumen, quidquid illi magna codicum turba selectum, circa Evangelia reliquerant. Et ta-

men cum posteris adeo utile ac amplectendum reliquisset opus, tanta fuit animi modestia quod etiam passim ex ejus scriptis luce clarius est percipere ut sibi id adeo non vindicaverit, quod nec proprium nomen adjuvandum censuerit, sed Chrysostomi potius cum cæteris, quorum ingenue fatebatur esse potissima, quæ in unum ipse collegit quanquam et ipse suo Marte plurima quæ et præstantissima erant, adjunxerat, ut hinc conjicias quantum animo dissideret ab iis qui in modum corniculæ alienis sese ornant ac venditant plumis. Plurimis sane auctor hic fuisse videtur Oecumenius is, qui similia Commentaria ex eisdem collegit auctoribus, in Acta apostolorum, in Epistolas quæ Catholicæ nuncupantur, ac in Paulinas omnes, ut certis quibusdam argumentis colligitur, etiamsi nec ibi voluerit suum nomen exprimere : qua de re pluribus agemus, cum totum illum alterum propediem in lucem dabimus. Hunc itaque Græca manu descriptum ante multas ætates quod præter ipsas evangelistarum novo modo depictas, jamque propemodum vetustate deletas imagines, multis nobis argumentis innotuit cum casu reperissem in bibliotheca cœnobii Deiparæ Virginis a Guadalupe, ordinis divi Hieronymi in regno Castellæ, in qua etiamnum delitescit : ut sunt ejus sodalities, præsertim autem celeberrimi illius monasterii cœnobitæ, non modo Christianæ nostræ religionis, verum etiam præstantissimorum semper auctorum, potissimum tamen veterum, diligentissimi observatores ac cultores, visum est invidi esse, ne dicam impii, re adeo frugifera pati diutius privari Latinos. Nec tamen inscius eram, quam duram, quamque arduam adirem provinciam : partim quidem, quod propriæ conscius imbecillitatis, incultique ingenii, habueram semper in animo, nihil in publicum edere : partim vero quod mihi res esset cum ejusmodi libro, quem vel legere non mediocri foret negotii, utpote ignotis ut plurimum exarato characteribus ac compendiis, maxima licet cura ac diligentia : litterarum etiam figuris plerumque vel carie ac situ oblitteratis, vel tinearum ac blattarum injuria semiosis, vel novo adeo more depictis, ut in formis etiam noscendis mihi foret repuerascendum. Omitto quod frequenter in orationis contextu non sunt a se invicem separatæ dictiones : et e diverso ejusdem dictionis litteræ aut syllabæ plusquam justo a se invicem separantur intervallo, adeo ut nec versus syllabam sæpius finiat : commata ac incisa vix adduntur, aut ubi nihil opus est apponuntur : quæ res plerumque difficultatem gignit non parvam. Sciebam præterea quanto ut in universum dicam sese exponant periculo, qui libros a peregrina lingua traductos in lucem edunt : quot et quam varios suscipiant iudices, quorum plerique Græcis litteris ne a limine quidem salutatis, ob id statim omnia damant, quod mundum illum rhetoricum præ se non ferant, ignorantes quibus arcetur modis is, qui alienæ linguæ depositum fi-

deliter reddere cogitur. Summopere enim curandum est ei, qui ab una lingua quidpiam transfert in aliam : ne dum sermoni quærit ornatum, repente pro interprete paraphrasten agat : rursumque ne ita verbis hæreat, ut prioris linguæ idiomatica aut dialectos retineat : sed quæque lingua quod suum est habeat : alioqui nec Græcè loqui videtur, nec Latine : idque quod in indoctum jactatum est comicum, ipsi adaptabitur, quod ex Græcis bonis, Latina fecerit, non bona, id quod de multis exulcerato hoc sæculo apte quis dixerit. Quis enim sacras jam Litteras passim non sibi vindicat, antequam discat : torquet, lacerat : suoque intellectui imo suis affectibus servire cogit scripturam etiam repugnantem? Et quemadmodum scribimus indocti doctique poemata passim, ita et plerique, quantum in sua arena feliciter versarentur, proprios egressilimites, dum sutores, relictis crepidis, ignota quæque dijudicare conantur, non raro misere hallucinantur. Quid enim medico aut jurisperito eum versione aut interpretatione sacrorum mysteriorum? Quodque longe magis defendendum est, dum animo pravis imbuti sunt dogmatis, quæ ex Græco vertunt in Latinum, non satis fideliter tractant : nunc quidem, quod frequenter accidit, cogente harum rerum imperitia, quod tamen, nisi illotis accederent ad contractanda sacra manibus, facilius posset ignosci : nunc vero, ne suis repugnantem dogmatis, aut truncatam, aut prave sensum nobis reddunt. Quod luce clarius ostendemus, ubi alterum tomum Deo propitio in lucem ediderimus, quod, ut spero, brevi faciamus. Ob hæc igitur aliaque plurima quæ versionem variis exaggerant difficultatibus, non is sum qui non intelligam, quantum huic auctori dignitatis, quantumque splendoris tenebricosus interpretes abstulerim. Sed utcumque sit, sensum tamen me assecutum opinor, licet ipsum nullo cultu adornaverim : verum id nemo sanæ mentis in Commentariis requiret, maxime ab eo qui, ut præfatus sum, peregrinæ astrictus est linguæ. Quod si universis satisfacere non potui facile feram, cum ne mihi quidem ipsi in omnibus faciam satis. Attamen onus hoc, quanquam meis longe impar humeris, subire aggressus sum, quod alio sese non offerente, grande ducerem piaculum, si fideles diutius tanto fraudarentur thesauro. Quid enim, quod ad evangelicæ historiæ enarrationem attinet, in Chrysostomo potissimum, deinde et in Origene, Basilio, aut Nazianzeno invenies, quod hic facillime et succinetissime non proferat? Et Chrysostomo quidem satis patet non eum fuisse scopum, ut Evangeliorum aut actionum apostolicarum, seu Paulinarum Epistolarum nudum nobis traderet intellectum. Alioqui enim tam vasta in paucos sacræ Scripturæ libros non reliquisset volumina, sed plebis formandos mores suscepisse magis videtur : et idecirco locos ad plebem tractat communes, et enarrationem homiliis distinguit. Quin et Theophylactus, quanquam is ad historiæ

A seriè magis accedat, non nihil tamen subolet dictionis illum affectasse venustatem : quodque rhetorice dixisse satis cupiat videri, et non soli litteræ enarrationi hæerere. At noster hic auctor unicum hunc habuit scopum, ut evangelicam succincte cunctis aperiret historiam. Quod si ad mores quoque corrigendos nonnihil exhortationis exoptes, id etiam breviter quidem ac rarius, sed felicissime tradit hic auctor. Quam apte, bone Deus, cum evangelistæ plurimum dissidere videntur, ita dissidentia connectit loca, ut ab eodem plane illa videantur esse dicta. Et huic quidem rei nullus, meo iudicio, adeo utiliter ac serio hactenus invigilavit. In quo tamen, sicut neque in cæteris, nolim quicquam meis fidem habeat verbis, nisi longe plura in hoc lectitando, laude digna repererit, quam ego possim assequi enumerando.

Hoc itaque opus, ut tibi nuncuparem, amplissime præsul, fecit inter innumeras tuas dotes, maxima humanitas tua : quam præter auditam famam longe lateque dispersam, non semel in te sum expertus : qua cum omnes etiam extremæ fortunæ homines tum studiis potissimum deditos, benignissime semper amplecteris : ipsaque studia, ubicunque vel minima datur occasio, lotis provehis viribus. Præterea id magis aggredi sum ausus, quod cum tibi forte fortuna nos invisenti, primum hunc meum partum omnino adhuc informem demonstrassem, una cum Græco exemplari, nequaquam ut monstrum abhorruisti, sed veluti pulchellum pusionem avide deosculabar : mirabare non nullas quoque occultas in eo dotes, non cujusvis oculis expositas. Quod nisi ita contigisset, qua temeritate, tentassem, tam locupletem hac etiam in parte, viro, tantillum offerre munusculum : Munusculum, inquam : nam licet in se munus sit, fortassis non aspernandum, si tamen ad immensas ac pretiosissimas tuas opes conferatur, indignum censebitur, quod in tuo thesauro, vel exiguum inveniat locum. Siquidem ut hæc interim sileam, quæ dicit Apostolus in episcopo non oportere desiderari : nempe ut irreprehensibilis sit, tanquam Dei dispensator, vigilans super gregem, sobrius non præfractus non iracundus, sed modestus, hospitalis, aptus ad docendum, pius, temperans, tenax ejus qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, et contradicentes convincere, non violentus, non percussor, non turpiter lucri avidus, sed æquus ac justus a pugnis et ab avaritia alienus, qui domui suæ bene præsit. (Nam si quis, inquit, propriæ domui præesse non novit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?) non in fide novitius, ne inflatus in iudicium incidat diaboli : qui et bonum habeat testimonium ab extraneis. Ut hæc, inquam, omnia sileam quæ nullus qui te propius noverit, in te desiderare poterit : quin pleraque etiam abundantius inveniet, quam exegerit Apostolus, cum pulcherrimo quoque et fulgentissimo illo castitatis

cingulo. Verum quis non admirabitur in viro tam præclaro genere orto, cui adeo semper arriserit ex omni parte fortuna, quæ nihil quod suarum est partium ipsi unquam negasse videtur, tam variam, tamque reconditam eruditionem, iudicium certissimum, ingenium tam acre, peneque divinum, memoriam adeo tenacem ? in quo præter exactam utriusque juris prudentiam, perfectam quoque trium linguarum peritiam quis non suspiciat? Nam in Græcis ac Latinis adhuc puer exercitatissimus erat : in Hebræis vero Deus bone quam feliciter versatus est, quam etiam erga suum præceptorem liberalis. Qui his igitur comitibus ita ad sacras jam dudum accessit Litteras, ut neque naturalis philosophiæ, neque theologiæ, quam scholasticam vocant, destitueretur peritia, quis ambigat ipsum mira præstiturum ? Itaque nullum in eis quantumvis abstrusum invenias locum, cujus, exactissimam non possit ex tempore reddere rationem. Sed qui ego hæc non credituris frustra denuntio ? de homine potissimum, qui nondum quintum et tricesimum attingit annum, in præclarissimo dignitatum opumque splendore semper constituto, quæ non parum impedimenti studiis afferre solent. Spero equidem quod concredata sibi talenta nequam in terram defodiet. Quanquam enim etiam nunc lucerna sit non subter modium, sed super candelabrum posita, omnibus qui in Ecclesiæ domo sunt, vitæ ac morum integritate, librorumque editorum doctrina prælucentes, ac ut probum præstet Christi ovium sibi concreditarum pastorem, plurimis iisque maxime arduis distringatur negotiis : dabit tamen propediem, si divinare licet majus adhuc sui specimen in lucem, quo perspicuum omnibus fiet, me hæc assentandi gratia minime promulgasse, sed longe adhuc intra veritatis limites calamum continuisse. Quod si his e Græco vertendis vacare voluisset, supervacue nobis maximus hic labor sumeretur. Scio enim nonnulla eum quasi per ludum sibi ipsi vertisse

A facillime, in quibus ego noctes atque dies desudans, necdum omne id quod quærebam me opinor assecutum. O utinam tales forent omnes episcopi ac dispensatores, quos Dominus constituit super familiam suam, ut dent illi cibum in tempore ! profecto felicius ageretur cum Christi ovibus, imo cum tota republica Christiana. Præsulum namque et pastorum vitam ac mores grex universus imitatur. Quapropter omnibus in rebus, ornatissime præsul, hoc aurium ornamentum ne fastidias, te per tuam orbi cognitam humanitatem etiam atque etiam obtestor. Nosti enim ipsi præceptum fuisse Mosi, ut ad tabernaculum ac sanctuarium construendum non modo aurum et argentum, purpuram et byssum, lapides onychinos ac gemmas acciperet : verum etiam viles inter cætera caprarum pilos. Scis et viduæ duo æra minuta non modo fuisse Christo gratissima, sed omnibus quoque splendidis divitum muneribus ab eo præposita : et poculum aquæ frigidæ Christi nomine offerentem, nequam præmio fraudatum. Si igitur munus hoc ad tuas domi repositas divitias conferas, profecto vilis erit abjectissimis caprarum pilis : cui nihilominus, sicut et illis, locus erit ad exteriora tabernaculi Domini asservanda. Si vero animum quo munusculum hoc tuæ illustrissimæ offertur Celsitudini conspexeris, audeo asserere, auro et argento, purpura et bysso, lapidibus onychinis ac gemmis longe præstantius fore. Etenim si qua in re detur, ut propensi erga te mei animi facias periculum nullam, subire recusavero sententiam, si me ullo modo te inveneris fefellisse. Ne ergo munus hoc in se consideres, nec ad universam tui musei supellectilem conferas : sed ad offerentis animum, quo id verecunde porrigit, parumper oculos deflecte, ac munusculum hilari fronte suscipe : ut dum hæc non ingrata tibi fuisse deprehendero, majores ad hujusmodi studia vires assumam. Vale, præsulum decus eximium. Lovanii anno a partu virgineo, 1543, sexto Idus Augusti.

*Ejusdem admonitio de auctore horum Commentariorum ex editione (a) Lovaniensi 1544, fol.*

Studioso Lectori.

Cum hos Commentarios ante aliquot menses (b) in lucem ederemus, studiose lector, nec certi quidquam haberemus, quod de auctore divinaremus, aliorum magis, quam nostrum secuti iudicium, præfati sumus, quibusdam videri auctorem esse

(a) Hanc editionem, quam beneficio Heynii, viri perillustris, ex bibliotheca universitatis Goettingensis accepi, recenset Hamberger, *im vierten Theile der zuverlässigen Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern*, pag. 82. 83.

(b) Anno 1543, sexto Idus Augusti, ut ex ejus præfatione intelligitur.

(c) Magnum esse discrimen acuminis, ordinis, consilii, græcitatique inter Pseudo-Œcumenium et inter Euthymium, nemo in dubium vocabit, qui

D Œcumenium, quem in cætera Novi Testamenti brevi a nobis Latinum accipies. Quanquam (ut verum fatear) hujus phrasid ab illo non parum (c) mihi dissidere videbatur. Nunc vero eundem nacti auctorem in Psalmos Davidicos, et in Cantica quæ (d) una cum Psalmis canit Ecclesia, jam

utrumque legerit, sed de Œcumenio quid sentirem, dicalibi. Cum Euthymio nullo modo comparandus. Simillimus autem Euthymio est Pseudo-Theophylactus in Epistolas Paulinas.

(d) Ista cantica in plerisque codicibus τὸν Ὁ, junguntur Psalmis. Atque ita etiam reperi in duobus codicibus Mosquensibus Psalmorum cum interpretatione Euthymii, nimirum in cod. Bibl. SS. synodi num. 196 et 97.



secundo (e) typis excusum, certissimo certius ausi sumus ferre iudicium, horum Commentariorum auctorem esse Euthymium (f) Zigabonum. Neque enim ovum ovo fuit unquam adeo simile, quam hæc (g) phrasis illi. Videas in utroque gratam cum simili pietate brevitate, succinctam Hebraismo- rum explanationem. Et quemadmodum ibi Psalterium, ita et hic singulorum evangelistarum enarrationes simili ac pervenusta concludit (h) *δοξολογία* juncta *παραίτησις*. Adde (i) quod inter cætera enarrat et Mariæ ac Zachariæ cantica, quæ habet Lucas primo capite : quorum et in hoc et in illo libro, verbis duntaxat pro varietate interpretum immutatis, eamdem videbis interpretationem.

(e) Ex hoc colligit Hambergerus, supra laudatus: *Dass einige Exemplare, aller Wahrscheinlichkeit nach, das Jahr 1543, auf dem Titel führen.* Sed vocabulum *excusum* est ambiguum. Incertum enim, utrum ad Commentarios in Psalmos, an ad Commentarios in Evangelia sit referendum. Sed illud puto. Etenim Montefalconius in Bibliotheca Coisliniana, p. 58, memorat illorum Commentariorum, ex interpretatione Philippi Sauli, editionem Veronæ in-fol. ann. 1530, et Lutet. in-8, ann. 1543. Priorem, si recte memini, vidi quondam in bibliotheca amplissimi senatus Lipsiensis. Hanc, ut videtur, notat Hambergerus, loco laudato quanquam hic pro Lutetiæ, scripsit Parisiis. Alterum argumentum est,

A Et utrobique super eo verbo, *Præibis ante faciem Domini parare vias ejus*. Quæ sint, inquit, viæ ejus diximus tertio capite Evangelii secundum Matthæum, ubi habetur : *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini*. Cum hæc aliaque plurimaque certissima de hoc auctore indicia haberemus, maluimus in his quæ nondum distracta erant, exemplaribus, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. Quare sicut illorum Commentariorum in Psalmos, auctorem nemo dubitat vere esse Euthymium Zigabonum, sic neque deinceps horum in Evangelia Commentariorum suspicetur quisquam alium esse auctorem. Vale. Anno 1544. Nonis Februarii.

B quod in hac ipsa editione Euthymii, anni 1544, in Indice scribitur : « Liber hic neque Græce, neque Latine antea typis unquam excusus est. » Denique hic in fine hujus admonitionis legitur : « In his quæ nondum distracta erant, » etc. Est ergo hæc, ut credo, editio princeps, mutato tantum Indice.

(f) Ita, pro *Zigabenus*.

(g) Id ipse etiam testari possum, cum codices Mosquenses Psalmorum tractaverim.

(h) Sed hoc in pluribus Patrum Commentariis reperitur.

(i) His et similibus argumentis in primis efficitur, auctorem horum Commentariorum esse Euthymium.

## EJUSDEM PRÆFATIO.

Candido Lectori.

Ne quid in hoc auctore evolvendo hæsites, candide Lector, paucis de rebus te duximus præmonendum. Id igitur primum sit, quod in eo exemplari quod ad nostras manus pervenit, quædam annotationes interdum ponebantur (k) in marginibus : quas, cum nequaquam pœnitendas censerem, non fuit animus penitus abjicere, ne vel hoc commodo fraudareris. Verum ne hujusmodi adnotationibus margines replerentur, nec esset spatium ponendis sacræ Scripturæ locis, quæ passim ab auctore citantur, eas in reliquæ Scripturæ ordinem redeimus, atque post ejus particulæ textus enarrationem ad quam ponebantur, locavimus : certis tamen quibusdam (l) notulis, hinc quidem adnotationem ipsam, illinc vero locum cui respondeant designantibus. Alias autem, quæ duobus verbis capitum sententias demonstrabant, suis locis reliquimus. Quin et paucis in locis, ubi operæ pretium visum est, nostras quoque adnotatiunculas margini addidimus : præsertim : cum litteræ dictio aliqua Hebraicam aut Chaldaicam

C habet originem, quæ loca auctor noster, ut qui Græcus tantum esset, aut omnino prætermiserat, aut infeliciter tractaverat. In primo statim cujusvis faciei initio nomen evangelistæ, una cum capituli numero juxta Latinorum enumerationem posuimus : supra ipsos autem paginæ versus, majusculis litteris, numerum capituli juxta Græcorum supputationem quod eam solam auctor noster toto opere prosequatur.

Loca vero e Bibliis citata, aut ea concernentia, in margine adnotavimus ; numeris juxta Latinorum distinctionem capita designantibus, quod hæc opinemur esse tibi notiora. Ubi autem locus quispiam citatus, non fuerit in margine expressus, ad ejusdem voluminis locum antea citatum recurrito ; id enim de industria omisimus, ne idem caput ejusdem voluminis toties iteratis vicibus adnotaremus. Ignosces etiam pro tua humanitate, candide lector, quod voces quasdam non vitaverimus, a quibus nostro hoc feliciori sæculo abhorrent nonnulli ; veluti sunt, *salvator, salvare, compati, compassio, impassibilitas, dispensatio, dispensatorie ac similes* : potissimum cum viderem doctissimos ac eloquentissimos christianæ religionis proceres ab

(k) Idem observavit Richardus Simonius in Euthymii codicibus Parisiis, et nos in utroque Mosquensi.

(l) Nimirum signo crucis quod nos quoque imitati sumus.

his nequaquam abhorruisse, Tertullianum dico, Lactantium, Cyprianum, Hieronymum et Augustinum, qui etiam xiii. De Trinit., cap 10, ita loquitur : « Nisi infirmitas esset, medicum necessarium non haberent, qui est hebraice *Jesus*, Græce *Soter*, nostra autem locutione *Salvator* : quod verbum Latina lingua non habebat, sed habere poterat, sicut habuit quando voluit. » Et merito hæc dicit Augustinus. Quis enim dubitat, quin Cicero, si nostris fuisset temporibus, nostræque fidei recepisset dogmata, plurimis usus fuisset vocibus quibus non est usus : quanquam et ipso verbo *Salvare* usus est in L. Pisonem, et ejus voce passiva, II De natura deorum. Quintilianus quoque lib. xii, cap. 10, usus est eodem verbo ; quod etiam adnotaverunt ante nos viri doctissimi. Quanquam recentiores typographorum castigatores hæc immutare ausi sint : sive id suo fecerint arbitrio, sive aliorum suasu, qui hæc depravata fuisse asserebant, quod rara essent inventu. Ego tamen vulgo me nonnihil accommodare debui. Quia vero locum quemvis occurrentem idem auctor, nullo prætermissio ita explanat, ut quæcunque circa eam materiam, aut idem evangelista alio in loco, aut cæteri recensent, pariter edisserat, ad minima usque singulorum interdum verba, ubi, vero sese postmodum eadem res obtulerit, ad dictam interpretationem citato juxta Græcorum supputationem capite transmittat : idcirco præstat antequam auctoris verba aggrediamur præmittere ordinem ac numerum singulorum capitum modo quo apud Græcos distincta sunt, quem et nos una cum auctore in nostra versione servabimus. Deinde quia in Græco, in quod incidimus, exemplari, contextus Evangelii non raro discrepat a Novorum Testamentorum editione, quæ passim Græcis excusa typis circumferuntur : quo ubi accidit, plerumque conforme est exemplar Græci hujus auctoris editioni Bibliorum, quæ dominus Franciscus Ximenez archiepiscopus olim Toletanus, ac S. R. E. cardinalis, immensis sumptibus, laboribus ac vigiliis, maxima cum diligentia compluti curavit nostris temporibus variis linguis excudenda : accltis undique terrarum tum viris in linguarum cognitione doctissimis, tum exemplaribus castigatissimis ac vetustissimis, vel ab ipsa Leonis X Bibliotheca, vel a Venetorum senatu transmissis, aut aliunde, nulla expensarum seu laborum habita ratione conquisitis. Ne quis ergo Evangeliorum contextum nos temere immutasse existimet, loca discrepantia adnotavimus : quanquam frequenter res sit exigui momenti, quæ dissidium faciat. Ubi autem Complutense hoc citaverimus exemplar, Græcum intelligimus contextum non Latinum nam in hoc nihil a Vulgata editione immutatum est. Porro in quibus dissideat Vulgata editio ab universis Græcorum exemplaribus, ex aliorum tum versionibus tum adnotationibus, facile cuivis perspicuum erit. Præterea ne quis protinus Vulgatam, hac in parte damnet editionem, quod ea quæ Græce per tempus

A præsens aut præteritum efferuntur, habeat in futuro versa, sicut nonnulli frequenter fecisse videntur : animadvertendum est, evangelistas et apostolos, cum genere Hebræi essent, hac in re sicut et in aliis multis, Hebraicum secutos idioma, quo illi frequentissime pro præsentii, quod proprium non habent, aut pro futuro, efferunt præteritum : utque in universam dicam, tempus unam pro alio Hebræi sæpenumero collocant : quod etiam evangelistæ non raro fecerunt, nec solus Matthæus, qui patria scripsit lingua, hoc est Hebræa, sed et cæteri, qui Græce scripserunt. Quædam ergo ex innumeris locis seorsim recensuimus, in quibus manifeste præsens, interdum etiam præteritum pro futuro locatum est : quorum et nos quædam exigente sententia, per futurum vertimus : alibi quoque id ex litteræ contextu aut ex ipsis Commentarii planum erit : interdum vero ob auctoris nostri enarrationem immutare non licuit. Est et alia peculiaris Hebræorum phrasim, quam non raro æmulantur evangelistæ, qua pro epitheto sive nomine adjectivo, addunt genitivum substantivum, dicentes : *Deus pacis, misericordiæ, justitiæ, ultionis*, hoc est, pacificus, misericors, justus, ulciens : *lex mortis*, id est mortifera ; *filii inobedientiæ*, inobedientes ; *judex iniquitatis*, iniquus, *mamma iniquitatis*, iniquum ; *vox clamantis*, clamans ; *fortassis et merces iniquitatis*, iniqua. Sic Judas dicitur *filius perditionis*, hoc est perditus, aliaque innumera. Id plerumque immutare non licuit propter auctoris nostri scholia, quæ litteram per genitivum interpretantur : interdum quoque non libuit, quod apud omnes jam olim alia recepta esset sententia.

Ad hæc solent Hebræi hanc dictionem *verbum* aut *sermo* pro re vel facto ponere : quod in Veteri quidem Testamento frequentissimum est, ut cum dicitur (*Isa. 39*) : *Non fuit verbum quod non ostenderit eis Ezechias in domo sua*, ubi tamen paulo inferius subsequitur : *Non fuit res quam ostenderet eis in thesauris meis*. Et alibi (*II Reg. 1*) cum sit David puero, qui ex castris Israel se fugisse dicebat. *Quod est verbum quod factum est ? indica mihi* ; et innumeris aliis in locis. Idem in Novo quoque Testamento passim (*Marci 1, Luc 1, 11, 14*) usu venit, ut cum leprosus curatus disseminasse dicitur *Sermonem*. Et frequentissime apud Lucam ; *Non erit impossibile Deo omne verbum. Videamus hoc verbum quod factum est. — Quod est hoc verbum, quod cum auctoritate ac potestate imperat spiritibus ?* Et alibi frequenter. Quam tamen Hebræorum phrasim auctor noster plerumque non videtur animadvertisse, sicut nec præcedentem : quod Hebraice non callaret, sed tantum Græce. Atque ob id quoque citans quippiam ex Veteri Testamento, semper juxta Septuaginta profert Interpretes. Cæterum etsi cunctis manifestum sit me interpretem tantum agere, nihilque quod meum sit edere, sive illud approbandum sit, sive reprobandum : ne quis tamen hunc auctorem minoris faciat, quod uno aut altero in loco a communi La-

tinorum theologorum opinione dissentire videatur, quemadmodum et alii Græci : nempe de die mensis quo Christus mysticam celebraverit Cœnam, et de bonorum ac malorum retributione operum : utrum statim a cujusque morte fiat, an ad diem usque postremi iudicii differatur, quemadmodum olim senserunt Græci. De Spiritu sancto quoque quod a solo Patre procedat, etsi id nusquam dicat auctor noster, idem tamen cum cæteris Græcis sensisse videtur, cum semel atque iterum dicat illum a Patre procedere, nulla Filii facta mentione. Et quanquam prædictis in locis, marginali adnotatiuncula te præmunierimus, candide lector : ob duo tamen illa posteriora tibi perpendendum est, quod auctor noster multis procul dubio annis tempora concilii Florentini præcesserit : in quo Eugenius Pontifex IV, consentiente Imperatore Constantinopolitano, et loca tenentibus patriarcharum, cæterisque Ecclesiam Orientalem representantibus, anno Dominicæ Incarnationis 1439, pridie Nonas Julii, sui pontificatus anno nono, litteras sanctæ dedit unionis, quibus prædicti omnes sua nomina subscripserunt, hæc inter cætera continentes.

Convenientes Latini et Græci in hac sacrosancta œcumenica synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus sancti processione, summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis Scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium : aliquibus quidem ex Patre et Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum sanctum, et ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis. Græci quidem asseruerunt quod id quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferrent, ut excludant Filium, sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo quod Spiritus sanctus ex Patre procedat ex Filio : Latini vero affirmaverunt non se hac mente dicere Spiritum sanctum ex Filio procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius Deitatis, Filii scilicet et Spiritus sancti, aut quod id quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, sive quod duo ponant principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hæcenus asseruerunt : et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra scriptam sanctam Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem, unanimiter concordarunt et consenserunt ; in nomine igitur sanctæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio definimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur : quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio æternaliter est, et essentiam suam,

A que esse subsistens habet ex Patre simul et Filio : et ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti sicut et Patrem. Et quoniam omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiam genitus est. Definimus insuper explicationem illorum verborum, Filioque, veritatis declarandæ gratia et imminente tunc necessitate, h-cite ac rationabiliter symbolo fuisse appositum. Et infra de operum retributione subjungit : Illorumque animas qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurserunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, in penis purgatorii, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cælum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est, meritum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum, penis tamen disparibus puniendas. Porro de prima illa diversitate diei quo Christus agnum paschalem ederit, et de eo quo pro nobis mortuus sit, longa semper fuit inter Græcos et Latinos contentio, dicentibus Græcis ipsum decimatertia luna agnum edisse paschalem, passum vero decimaquarta, ut veritas responderet figuræ : et propter illud Joannis (Joan. xviii, 29) : Et ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed uederent Pascha. Ac illud (Joan. xi. x. 14) : Erat autem Parasceve paschæ ; et : Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, posuerunt Jesum. Siquidem illa Parasceve nihil aliud erat, quam dies præparationis, quo se præparabant Judæi ad edendum agnum paschalem. Latini vero asserunt eum decimaquarta luna agnum quidem edisse paschalem, sicut et cæteros Judæos : quia ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ad mortem usque semper servavit legem : passum vero aiunt decimaquinta luna, propter alios tres evangelistas (Matth. xxvi ; Marc. xiv ; Luc. xii.) qui astruunt fuisse primum diem azymorum, quo Christus postremam cœnam cum discipulis celebravit. Et hi autem et illi repugnantem Scripturam obtorto collo trahere quodammodo videntur ad suum sensum. Quapropter operæ pretium facturus videor, si in tui gratiam, benevole lector, hoc loco dilucide adnotavero, quæ varia lectione magnisque sudoribus hac de re in compendium redegi. Primum itaque notandum est, quod naturalis dies apud Hebræos incipit ab occasu solis, et desinit in ejusdem occasum diei sequentis, juxta illud (Gen. 1) : Factum est vespere et mane dies unus. Mensis vero a

conjunctione media luminarium; et durat triginta diebus, duodecim horis, et duabus tertiis unius horæ cum tribus minutis, quæ supputatio invariabiliter conformis est cum Ptolemæo aliisque astronomis secundum medium cursum lunæ. Annus autem exordium sumit a Neomenia sive solis ac lunæ coitione proxima æquinoctio vernali, secundum medium cursum solis et lunæ (*Levit. xxiii; Num. xxviii et xxix*). Præterea omnia festa Hebræorum, quæ a Mosaica lege habentur, præter Sabbatum, suam numerationem ac variationem per diversos hebdomadæ dies, sumunt a primo die prædictæ Neomeniæ, a quo juxta legem omnia sua festa numerant Hebræi: puta decimo quinto die ejusdem primi mensis festum erat azymorum, et pridie ejus diei, id est decima quarta luna ad vesperam, edebatur agnus paschalis. A festo autem Azymorum transactis septem hebdomadis, sequenti die, nempe quinquagesimo, festum erat Primitivorum sive Pentecostes. Post sex vero menses lunares ab eadem prima Neomenia, id est post centum septuaginta septem dies; sequenti die erat festum Tubarum, nempe in Neomenia, proxima æquinoctio autumnali. Decimo inde die festum Expiationis celebrerimus. Decimo quinto ejusdem mensis die, festum Scenopegiæ sive Tabernaculorum. Et ab hoc festo, die octavo, id est post septem ejusdem festi dies, occurrebat ultimorum festum, nempe cœtus vel collectæ sive retentionis: quod solum designabat fidelium in sancta Ecclesia congregationem ac retentionem sive perseverantiam, quod factum est post veteris legis finitas figuras ac cæremonias. Deinde animadvertendum est quod quando juxta vernale æquinoctium, conjunctio luminarium secundum medium cursum occurrebat post decimam octavam diei horam, quia jam peractæ erant plus quam tres quartæ partes diei, et declinabat magis ad diem sequentem, ideo servabatur quoque die sequenti, et ab hoc numerabantur omnia prædicta festa.

Præterea si dicta prima Neomenia occurrebat secundo, quarto, vel sexto hebdomadæ die servanda, rejiciebatur in diem sequentem. Nam si secundo hebdomadæ die fuisset servata, tunc festum Expiationis, quod erat celeberrimum, occurrisset die sexto celebrandum: quod si sexto die servaretur dicta prima Neomenia sive primus anni eorum dies, tunc dictum Expiationis festum die primo, quem nos vocamus Dominicum, occurrisset ab eis celebrandum: quorum utrumque admodum grave censebatur et valde onerosum toti populo, eo quod duobus continuis diebus naturalibus, nempe festo Expiationis et Sabbato, nullo modo liceret parare cibos, aut sepelire mortuos: corpora autem mortua, aut cocta olera non possent in tertium servari diem, præsertim in calidis regionibus. Quod si sexto die servaretur prædicta Neomenia sive primum novilunium, tunc septimus dies festi Scenopegiæ sive Tabernaculorum occurrisset die Sabbati. In hoc autem septimo die multa lætitiæ signa ostendebant,

quæ die Sabbati facere non licuisset, septies circum-eundo altare cum palmarum frondibus, in memoriam captæ Jericho primæ civitatis, quam in terra promissionis filii Israel hujusmodi septenaria circuitione ceperant, in hoc præterea die lectio quoque illa Psalmistæ (*Psal. cxvii*), publice decantabatur: *Obsecro, Domine, salva, quæro: obsecro, Domine prospere age: benedictus qui venit in nomine Domini*. Nam et hanc constitutionem scimus quoque in usu fuisse Israelitis, cum adhuc in captivitate essent Babylonica. Siquidem ex Thargum Esther colligimus quod eo die secabant frondes palmarum, atque decerpebant citrea poma, abscondebant rosmarinum, et faciebant sibi הושענא hosana: legebantque in libris suis et orabant, lætabantur et hilares erant in הושענא hosana, saltabant et exsilliebant sicut hædi. Unde videre licet ut hoc quoque docendi gratia addamus vocabulum Hebræum הושענא hosana vulgi more apud Hebræos etiam ante Christum natum fuisse corruptum aut illos usurpasse ipsum more Chaldaico, et deinde abusos fuisse pro solemnitate Palmarum, in qua cum ramis cæremoniæ fiebant. Et ita nato postmodum Christo, cum vellet populus eum honorare, et cum triumpho Hierosolyma deducere, igno-rantes compleverunt prophetiam Davidicam, occasione sumpta ex surculis ab olivis decerptis et in viam stratis, clamantes Hosana, id quod clamare consueverant in solemnitate Ramorum. His itaque præmissis animadvertendum est, quod anno quo passus est Christus occurrit prima Neomenia, sive conjunctio luminarium proxima æquinoctio vernali secundum medium cursum solis et lunæ juxta veram et exactam supputationem peritissimorum Hebræorum, die quinto hebdomadæ post decimam nonam diei horam, cum aliquot minutis: et ita juxta prædicta erat sequenti die servanda. Sed quia, sexto die, ut dictum est, nunquam servabatur, idcirco Judæi eo anno servabant primum illud novilunium die Sabbati: et ita decimus quintus dies ejusdem mensis, quo occurrebat festum Azymorum, juxta Judæorum observantiam etiam erat dies Sabbati: ideoque propter duorum festorum concursum, de illo dicit Joannes (*Joan. xix*): quod *erat magnus dies ille Sabbati*, ut etiam ad ea verba habet auctor noster. Christus vero servavit quidem Neomeniam sexto hebdomadæ die: cum enim post decimam nonam horam occurrisset quinti diei, rationabiliter ut dictum est, magis pertinere videbatur ad diem sequentem. Verum a sexto die ad Sabbatum cum Judæis transferre noluit. Nam hoc propter festa septimo mense futura faciebant Judæi, ut prædictum est; Christus autem noverat, quod per suam Passionem quæ instabat, cessaret obligatio sequentium illorum festorum, sicut et cætera legis cæremonialia. Propter hoc itaque, etiam quia sequenti die moriturus erat Christus, typicum quidem agnum vera et legitima decima quarta luna, quæ fuit die quinto, comedit; quarta decima vero

luna juxta veterem Hebræorum numerationem etiam legitima, in cujus vespera Judæi typicum agnum erant immolaturi, ipse verus Agnus fuit immolatus: et ita veritas respondit figuræ. Horum autem causam, ut verisimile est, solum indicaverat patrifamilias in cujus ædibus pascha edebat, et ipsis duodecim discipulis, quorum (*Luc. xxii*) Petrus et Joannes ex jussu Christi necessaria paraverant, nempe lactucas agrestes et baculos: nam agnus ipse decimo die mensis parabatur: panes quoque azymi, ut verisimile est (*Exod. xii*) aliquot ante diebus, juxta familiarum magnitudinem parati erant; itaque nullus ex hoc passus est officiculum, neque ob id coram judice potuit accusari.

Quin et Tertullianus Latinus auctor proximus apostolorum temporibus, de die Passionis Christi ita loquitur in *Apologetico adversus Judæos*. « Quæ Passio intra tempora septuaginta hebdomadarum perfecta est, sub Tiberio Cæsare, coss. Rubellio Gemino et Rufo Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octavo Kalendarum Aprilium, die primo Azymorum, quo agnum ut occiderent ad vesperam, a Mose fuerat præceptum. Neque enim ob id dici potest primo die Azymorum mortuus, juxta prædicta Tertulliani verba, quod ea nocte captus fuerit. Siquidem omnium testimonio in cruce et non in comprehensione fuit nostra redemptio. Et procul dubio divina id actum est Providentia, quod eo anno duplex decima quarta luna occurrebat, ut diversis respectibus, et hinc veri agni immolatio typico responderet, et illinc Christus ad finem usque vitæ legem servaret, ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ac typicum agnum vera et legitima decima quarta luna ederet, sicut eum edisse dicit Hieronymus. Et de hac decima quarta luna, juxta Christi numerationem loquuntur indubie Matthæus, Marcus et Lucas, cum aiunt fuisse primum diem Azymorum. Nam cum hi tres evangelistæ magnam facerent hujus cœnæ mentionem, et consecrationis Eucharistiæ, ostenderunt Christum etiam in hoc legem observasse, nempe juxta veram ipsius supputationem ut prædiximus (*Joan. xiii*). Joannes vero qui de cœna, tanquam ab aliis latius tractata, unico verbo absolvit dicendo: *Cœna facta*, aliam juxta veterem Judæorum observantiam decimam quartam lunam consideravit; ad excludendum errorem, qui nonnullis oriri potuisset ex aliis evangelistis, nempe quod veritas non responderet figuræ in veri agni immolatione. Et ideo dicit (*Joan. xix, 14*) quod die quo mortuus est Christus erat parasceve Paschæ, et quod non introierunt in prætorium ne contaminarentur, sed ut ederent pascha: ubi dictio *Pascha* nequaquam pro azymis capi potest, ut quidam volunt, tum quod nusquam alibi ita capiatur in Scripturis, tum quod ad edenda azyma nusquam dicitur requiri; neque verisimile sit esse necesse, ut mundi sint, cum pœna mortis intentata, septem integris diebus naturalibus præciperetur eis ut azyma edere

rent *Exod. xii*), et non fermentatum panem et tamen illam immunditiam levissimas ob causas contrahebant.

Quod autem aiunt nonnulli, Judæos præcedenti die occupatos circa capiendum Christum, neglexisse agnum edere paschalem, et quod idcirco nocte sequenti illum essent comesturi, non fit verisimile. Siquidem etiam illi qui legitimo tenebantur impedimento decimo quarto die primi mensis, non poterant sequenti die pro libito agnum edere paschalem, sed sequentis mensis die similiter decimo quarto ad vesperam, ut habetur Numeri x. Itaque die Passionis Christi cum nondum inchoata esset solemnitas Paschalis aut Azymorum, juxta veterem Judæorum observantiam, licebat eis usque ad solis occasum judicialia exercere, accusare, testes adhibere et examinare, sententiam ferre, Simonem cogere ut crucem tolleret, sepelire, aromata præparare, aliaque plurima agere, quæ Judæi nequaquam fecissent, si decimam quintam lunam et ita festum Paschæ et Azymorum eo die celebrassent, cum facta sua per legem Mosaicam justificare niterentur dicentes: *Nos legem habemus*, etc., et maxime Joseph ab Arimathea vir bonus ac justus et Nicodemus qui Dominum sepelierunt, qui propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, ibi posuerunt Jesum, ait Joannes decimo capite. Circa quæ verba habet Augustinus: «Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne ad vesperasceret, cum jam aliquid tale non liceret propter parasceven quam cœnam puram Judæi Latine usitatus apud nos vocant. Neque enim authi, aut piæ illæ mulieres adhuc cognoverant cessare in Christi morte legalia. Demum, ut epilogo concludamus, Christus suum Pascha juxta legis Mosaicæ tenorem celebravit, Judæi autem die sequenti juxta Patrum traditiones; quippe qui legale præceptum de Paschæ observatione hac sua traditione corruperunt, quam refert historiographus eorum Sedar Olam; cujus traditionis, relictis compendii gratia Hebraicis hæc sunt verba: Sic statuerunt magistri nostri judices Sanhedrin magni nominis in sæculo. In domo sanctuarii secunda cum exstructa esset et consummata, tunc apparuit solium igneum perfectissimum, super quod sedebat Rex mundi sublimis valde stans inter porticum: et acceperunt coronam, appenderuntque sigillum reconditum, et sanxerunt, ordinaveruntque statutum perpetuum: et traditum est in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis omnibus major erat: et is ordinavit diem sortium non observari secundo, quarto, septimo hebdomadæ die: neque Pascha secundo, quarto sexto: neque diem Retentionis tertio quinto, septimo: neque principium anni secundo, quarto, sexto: neque diem Expiationis primo, tertio, sexto in æternum. Hæc, si cui placeat, latius videre poterit in Paulo Burgensi super Matthæum, cap. 26, et in libro quem edidit Paulus Midelburgensis episcopus Sempronianus de celebratione Paschæ.

Nihil ergo eorum quæ noster habet uxor tibi non curaveris antidotis. Lege itaque secure, quæ cumento esse poterit, pie lector, si his te præmu- non sine maximo fructu leges.

## EJUSDEM.

*Loca quaedam in quibus nostrum exemplar alio modo habet quam ea quæ vulgæ circumferuntur Græca exemplaria.*

*Ex Matthæo.*

Matth. 2, 41 (a). Et intrantes domum (viderunt) puerum. Habet enim εἰδόν non εἶρον invenerunt. Facit nobiscum exemplar Complutense.

3, 11. Ipse autem baptizabit vos in Spiritu sancto. Non addit καὶ πυρὶ et igni. Concordat etiam Complutensis editio.

6, 18. Ne videaris hominibus jejunare, etc. Post verba illa: Reddet tibi, non additur, ἐν τῷ φαρμακῶ, in propatulo. Habet conformiter et exemplar Complutense, et Vulgata editio. Quanquam et in nostro et in Complutensi exemplari antea sit additum cum de eleemosyna fieret sermo.

7, 12. (Ita) enim est lex et prophetæ. Siquidem habet οὕτως, ita vel sic, non οὕτως, hic. Pari modo legit Complut. exemplar.

7, 14 (Quam) angusta est porta et stricta via quæ ducit ad vitam. Habet enim τὴ, non ἑτι, quod vel quoniam. Pari modo legunt et Complutense exemplar et editio vulgata.

8, 11. Multi ab oriente et occidentibus venient et accumbent (in sinibus) Abraham. Habet enim ἐν τοῖς κόλποις, in sinibus, non μετὰ cum. Nobiscum legisse (h) Chrysostomum manifestum est ex homilia ipsius 27, super Matthæum.

8, 15. Surrexit et ministrabat (ei) Nam habet αὐτῷ singulariter, non αὐτοῖς eis. Nobiscum facit Complutense exemplar, et Vulgata editio in quibusdam veteribus exemplaribus.

10, 1. Accersitis 12 discipulis suis, dedit eis potestatem (adversus) spiritus immundos. Nec in nostro nec in Complutensi exemplari exprimitur præposito κατὰ adversus. Et ita quoque legisse videtur qui vulgarem dedit editionem: ait enim: Dedit eis potestatem spirituum immundorum, Addidimus tamen, exigente id sententia.

10, 3. Jacobus Alphæi filius et (Lebæus). Nam habet ubique λεβαῖος, simpliciter β. Et ita semper habet vulgata editio.

11, 16. Similis est pueris sedentibus in (foro) Habet enim ἀγορᾶ singulariter, non ἀγοραῖς foris.

(a). Loca quatuor evangelistarum ab Hentenio minus definite notata in usum lectorum accuratius indicavi.

(b) Chrysost. t. VII, p. 209, C. εἰς τοὺς κόλπους. Idem ibid. p. 315 μετὰ. Et p. 361, D. εἰς τοὺς κόλπους. Per incogitantiam hæc finxit Chrysostomus ex Luc. 16, 28, ut ex primo Chrysostomi loco intelligitur.

Nobiscum faciunt et exemplar Complutense et vulgata editio. Similiter infra (v. 31.) in dictione Bethsaida, non Bethsaldan.

12, 8. Dominus est Sabbati Filius hominis. Non enim additur καὶ et. Sic et Complutense exemplar.

13, 32. Majus est (omnibus) oleribus, sive maximum inter omnia olera. Additur enim πάντων omnium. Et ita habet et Vulgata editio et exemplar Complutense.

14, 34. (Gennezaret) semper habet in fine τ tenue, et duplex υ, Chananæa vero capite sequenti, (v. 22.) et alias sæpius, semper habet in initio χ asperatum. Facit in utroque nobiscum exemplar Complutense.

16, 20. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quod ipse esset Christus. Non additur nomen Ἰησοῦς. Et ita liquet Origenem (c) legisse in suis homiliis.

18, 8. Abscinde (ea). Habet enim αὐτὰ pluraliter, non αὐτὸν singulariter. Concordat etiam exemplar Complut.

18, 19. Rursum (amen) dico vobis, quod si duo ex vobis, etc. Nam additur ἀμὲν etiam in Complut. exemplari.

18, 29. Procidens ergo (servus) ad pedes ejus. Habet enim (d) δούλος, non σύνδουλος αὐτοῦ conservus ejus, quanquam vere conservus erat. Et infra, eodem versu, Et solvam tibi: non additur πάντα omnia. Et in hoc posteriore concordat nobiscum exemplar Complut.

21, 1. Et similiter Luc. 19, 29. Bethphage, scribitur (e) interposito σ. Concordat ubique exemplar Complut.

21, 7. Et (sedit super ea) videlicet vestimenta. Habet enim singulariter ἐκάθισεν sedit, et αὐτῶν pluraliter. Eodem modo exemplar Complut. quoad sensum, licet verbum hæbeat compositum ἐπεκάθισεν (f), non autem ut alia exemplaria ἐπεκάθισαν ἐπάνω (g) αὐτῆς collocarunt super illam, puta asinam.

(c). Tom. III, p. 532. A.

(d) Σύνδουλος habet uterque meus Euthymil.

(e) Scribis scilicet Græcis notum erat σφαγῆ.

(f) ἐπεκάθισεν uterque mens.

(g) Αὐτῆς Erasmus importavit contra codices. Secunda tamen ejus editio recte habet ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν.

21, 14. Et accesserunt ad eum claudi et cæci. Nam hoc ordine legit exemplar etiam Complutense: non ut alia exemplaria diverso ordine, cæci et claudi.

22, 4. Ecce prandium meum (paratum est). Siquidem habet ἡτοιμασται tertia persona passiva non ἡτοίμασα paravi.

22, 35. Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor tentans eum. Non enim additur τις (h) quispiam, ante Tentans. Faciunt nobiscum et exemplar Complutense et Vulgata editio.

23, 7. Et vocari ab hominibus (Rabbi Rabbi) geminata (i) dictione. Nec est ρᾶββί per diphthongum sed ρᾶββί. Facit per omnia nobiscum editio Complutensis.

23, 13, 14. Vae vobis Scribæ et Pharisei hypocritæ, quia devoratis domos viduarum. Et post hanc deplorationem, sequitur illa, qua dicit: Vae vobis Scribæ et Pharisei hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum. Hoc etiam ordine legit exemplar Complutense.

24, 45. Quisnam est fidelis servus et prudens, quem præfecit Dominus (suus). Additur enim αὐτοῦ (k). Similiter infra (v. 49): Et cæperit persecuti conservos (suos). Siquidem hoc etiam in loco addebatur αὐτοῦ. Faciunt nobiscum in priori quidem exemplar Complutense; in posteriori vero, editio Vulgata.

25, 2. Quiaque autem ex eis erant prudentes et quinque fatuæ. Hoc ordine qui naturalior est, et iuxta præcepta rhetorices, habet etiam editio Complutensis. Et similiter infra (v. 4); Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus (suis.) Addit etiam nobiscum prædicta editio αὐτῶν suis.

26, 18. Ite in civitatem ad quemdam, et dicite ei: Tempus meum prope est. Non habet ὁ διδάσκαλος λέγει, Magister dicit; neque ullam fasit ejus mentionem in Commentariis. Habet tamen illud in Marco et Luca, sicut et cætera exemplaria. Et quia hoc etiam loco id habet editio Complutensis; vereor ne id (l) librarii vitio sit omissum.

26, 40. Et ait Petro: Sic? Non potuistis una hora

(h) Erasmus scilicet post νομικός habet τις.

(i) Erasmus enim in gratiam Latinæ Vulgatæ semel omisit ρᾶββί, ρᾶββί, per ei, in plerisque locis apud Theophylactum etiam legitur.

(k) Erasmus nimirum omittit αὐτοῦ in editione secunda et tertia quæ nunc ad manus erant solæ. Omissum ab Erasmo αὐτοῦ et Millii et Wetstenii latuit diligentiam.

(l) Recte judicat Bentenius. Habet enim uterque meus.

(m) Forte hypostigmam. Græce est ὑποστιγμήν.

(n) Utroque loco uterque meus omittunt ista verba Euthymio videtur hoc loco imposuisse Chrysost. t. VII. p. 825 a, qui hæc silentio prætermittit ac Lucam pro Matthæo explicat. Habent hæc codices meliores omnes atque etiam Origenes, t. IV, p. 298 E.

(o) Latinorum alii vñ nunc, alii vñ ergo intule-

vigilare mecum? Et hæc distinctio magis quadrat: alioqui enim nihil est quod soli Petro locutus sit. Exemplar etiam Complutense addit (m) hypostigma post dictionem οὕτως sic.

27, 42. Descendat nunc de cruce et credemus (in eum). Neque enim simpliciter habet αὐτῷ ei, sed ἐπ' αὐτῷ. Pari modo legit et exemplar Complutense.

27, 54. Centurio autem et qui cum eo erant servantes Jesum, cum vidissent quæ fiebant, etc. Nihil hic dicitur de terræ motu: neque enim addebatur τὸν σεισμόν καὶ, terræmotum, et. Nec tamen (n) id librarii vitio omissum videtur: nam Joannis, cap. viii, v. 28, super eo verbo: Cum exaltaveritis Filium hominis, etc. Hæc verba in eundem citat modum.

28, 19. Euntes, docete omnes gentes. Non additur (o) οὖν ergo, post dictionem euntes. Pari quoque modo legit exemplar Complutense.

Ex Marco.

1, 16. Vidit Simonem et Andream fratrem ipsius (Simonis.) Additur namque τοῦ Σίμωνος, etiam in exemplari Complutensi.

1, 35. Abiit in desertum locum. In nostro exemplari non exprimebatur nomen Ἰησοῦς. Facit autem nobiscum hoc in loco vulgata editio.

3, 34. Cumque circumspexisset in circuitu circum sedentes. Non addit (p) μαθητάς discipulos, et ita generalius loquitur. Faciunt nobiscum et exemplar Complutense et Vulgata editio.

4, 21. Num lucernam (venit) ut subter modium ponatur? Nam habet ἔρχεται non (q) καίεται accenditur. Et hic quoque nobiscum faciunt et exemplar Complutense et Vulgata editio.

5, 11. Erat autem ibi juxta (montem) grex magnus porcorum. Siquidem habet πρὸς τῷ ὄρει, non pluraliter τῆ ὄρη montes. Similiter et hic pari modo legunt duæ prædictæ editiones.

6, 18. Non licet tibi habere uxorem (Philippi) fratris tui; additur enim φιλιππου.

6, 32. Et (egressi sunt), navigio in desertum locum. Siquidem habet pluraliter ἀπέλθον, non ἀπέλθεν, abiit. Hic etiam concordant exemplar

runt. Utrumque recte omittunt Tertullianus, Irenæus, Cyprianus, ut notat Sabatierius ad hunc locum. Ex codicibus omnibus, quos ego examinavi, habet solus Mosquensis e. vocabulum οὖν, qui est cum commentario et catena. Interpret ergo aliquis hic denuo incipiebat interpretationem. Ergo vincendæ orationis causa addebat οὖν. Pro eo alii legunt vñ.

(p) Erasmus nempe in editione secunda etc., post περί αὐτῶν habet μαθητάς.

(q) Scilicet in nonnullis codicibus Latinis legitur accenditur, pro venit. Hic fraus interpolatorum elucet. Nam alii id reddiderunt καίεται, alii, in his Codex Cantabrigiensis, omnium infimus, ἀπέρται Audacter nunc ita de cod. Cantabr. seu Wetstenii C. loqui possum. Mox enim in lucem istud monstrum protrahetur.

Complutense et Vulgata editio, quod etiam magis A quadrat cum præcedentibus et sequentibus.

6, 37. Egressi (ememus) ducentis denariis panes. Siquidem ἀγοράσωμεν habet indicandi modo, et non ἀγοράσωμεν emamus, per subiectivum.

6, 44. Erant autem qui manducaverant (ipsos panes) Additur enim τούς ἄρτους. Facit nobiscum exemplar Complutense.

7, 26. Erat autem mulier Græca (Syra Phœnicissa) genere; non Græca Syrophœnicissa per compositionem. Pari modo legit et Complutense exemplar.

9, 6. Nom enim sciebat (quid dicturus esset). Habet enim λαλήσαι, per indicativum, et non λαλήσῃ, per subiectivum. Facit nobiscum Complut. editio; nec eandem est utrobique sententia, B ut patte ex hujus dicti interpretatione Matth. xvii, 4.

10, 43. Sed quicumque voluerit fieri magnus inter vos. Non enim additur ὑμῶν post quicumque. Faciunt nobiscum exemplar Complut. et Vul. editio. Id autem non rectum est, quod neque in fine dictionum verborum habet Vulgata editio: Inter vos, aut, in vobis.

11, 32. At (dicamus) Ab hominibus: ut subaudiatur, non. Neque enim additur ἰάν si, ut possit legi: At si dixerimus. Neque adeo commode potest aptari sequentibus. Facit nobiscum exemplar Complut.

12, 29. Audi Israel Dominus Deus (vester) Dominus unus est. Siquidem non habet ἡμῶν noster, sed ὑμῶν vester. Et infra vers. 30, non habet, C καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. Et ex tota virtute tua, quod tamen librarii (r) vitio factum arbitror, ut in illo loco adnotavimus. Item infra. v. 31. Et secundum simile est (illi). Nam habet αὐτῇ, non αὐτῇ hoc; ut legi possit: Et secundum simile hoc est. Nobiscum legisse videtur, qui Vulgatam dedit editionem.

12, 36. Ipse enim David dixit per Spiritum sanctum: (Dicit) Dominus Domino meo, non (s) εἶπεν dixit. Et in scholiis facit etiam hujus mentionem: et ita habet exemplar Complut.

14, 32. Sedete hic dum orabo. Non enim habet ἀπελθῶν digressus ante Orabo. Concordant nobiscum et Complutense exemplar et Vulgata editio.

15, 28. Loco ejus, quod alii legunt: Et impleta est Scriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus

(r) Recte monuit. Servat enim ista uterque meus.

(s) Nimirum pro secundo hujus versus εἶπεν habet λέγει.

(t) Abest in utroque meo. Ad Matth. xxvii, 38, laudat quidem Euthymius hæc, sed ex Isaia. Eo tamen in interpretatione Marci lectores remittit. Ex Lectionariis hanc corruptionem ortam esse docui quæ hæc in altera lectione omittunt, cum tamen in altera habeant.

(v) Hunc defectum apud solum Euthymium ani-

est nihil habet. Nec librarii (t) incuria omissum arbitror; alioqui citasset utique in scholiis ubi id Scriptura dicat, quemadmodum in similibus facere solet. Nescio an a studioso quopiam prophetam citante id primum margini sit additum, deinde tempore procedente, litteræ sit admistum.

15, 29. (Vah) qui destruit templum Dei. Habet namque οὐδὲ, non οὐαί, vā. Faciunt nobiscum Complutense exemplar, Vulgataque editio.

16, 11. Loco ejus, quod in aliis Latinis editionibus ex Græcis dicitur: Et illi audito quod viveret et visus esset ab ea, non crediderunt: nihil habet (v) nostrum exemplar. Nec mirum, si hoc quispiam addiderit, cum totum hoc de Resurrectione caput adjectitium esse plerique Græcorum asserant, ut habet noster auctor: idemque inter Latinos divus Hieronymus in Epistolis refert plerisque dicere. Et præterea secundo adversus Pelagianos hoc ait de exprobrata incredulitate cordisque duritie.

#### Ex Luca.

2, 33. Eterant Joseph et mater ejus admirantes, etc. Non habet enim ὁ πατήρ, sed ὁ Ἰωσήφ. Facit nobiscum Complut. exemplar, imo et Vulgata editio, saltem in veteribus quibusdam exemplaribus. Similiter infra, vers. 43: Et non cognovit Joseph, et mater ejus, assentiente etiam hic Complutensi exemplari cum alii habeant: Καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ, Et non cognoverunt parentes ejus.

3, 33. Et ipse Jesus erat ferme annorum triginta incedens. Non incipiens. Habet namque ἰρχόμενος (x) Non ἀρχόμενος, quod etiam manifestum est ex auctoris scholiis.

Ibid. Qui fuit Eli. notandum in nostro exemplari ἡλεί, lenem habere spiritum. Præterea et ἡλίας, quotiescunque apud evangelistas legitur. Idque conformius est linguæ Hebraicæ in qua Elias ab Aleph littera sumit exordium; hoc autem elementum, ut communiter dicitur, nullam secum trahit aspirationem. Quanquam ut verum fatear, neque Elias, sed Eliahu scribendum esset, si recte Hebræos velimus imitari: sicut et Jesahiau aut Iesaeiau non Esaias aut Hesaias sive Isaias.

3, 24. Qui fuit (Matthan) non Mathat, ut ex communibus habetur Græcis exemplaribus. In plerisque etiam hujus genealogiæ nominibus, et similiter ejus, quam describit Matthæus, variatur apud auctorem nostrum orthographia a lectione commu-

madverti. Neque Birchius, novissimus editor, hunc defectum ex codice notavit. Alter etiam, vir diligentissimus, nullum hic ex codd. Vindobonensibus defectum notavit. Imo contra ex codd. indicavit ἠπίστησαν pro vitiosa unius codicis lectione ἠπίστηκαν. Aliquid humani passus est aut ipse Euthymius, aut scribæ ejus.

(x) Hoc est vitium manifestum scribæ. Neuter meorum ita habet. Interpretatio illius loci est etiam pro ἀρχόμενος. Nam ἔρχομαι non construitur cum genitivo.



nium Græcorum exemplarium, frequenter quoque et a Germana Hebræorum lectione. Quapropter primum erat animus horum orthographiam nominum ad verum Hebræorum fontem reducere: postmodum vero rem propius inspectanti, et quod hæc non ab Hebræis, sed a Græcis traducerem perpendenti, satius visum est non adeo multa in littera Evangelii immutare, ne quid interdum hæreret lector, incertus de quo fieret sermo. Nec tamen Hebraicam horum nominum orthographiam penitus relinquere volui, ne quid a me studiosus lector desideraret, sed in hunc locum redegi. Breviter itaque utriusque Evangelistæ generationis seriem recta orthographia retexam. Liber, inquit Matthæus, generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham: Abraham genuit Ishac, Ishac autem genuit Jaacob, Jaacob autem genuit Jehudam et fratres ejus, Jehudas autem genuit Pharez et Zarah de Thamar, Pharez autem genuit Hesron, Hesron autem genuit Amminadab, Amminadab autem genuit Nahason, Nahason autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Boaz de Rabab, Boaz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Iisai, Iisai autem genuit David regem, David autem rex genuit Solomonem ex ea quæ fuit Uriæ, Solomon autem genuit Rechabeam. Rechabeam autem genuit Abiam, Abiam autem genuit Josaphat, Josaphat autem genuit Jehoram, Jehoram autem genuit Osiam, Osias autem genuit Jotham, Jotham autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Hizkiahu, Hizkiahu autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Josiahu, Josiahu autem genuit Jekoniam, et fratres ejus in transmigracione Babylonica. Et post transmigracionem Babylonicam Jechonias genuit Sealtiel, Sealtiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abihud, Abihud autem genuit Eliakim, Eliakim autem genuit Azor, Azor autem genuit Zadoc, Zadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit Jaacob, Jaacob autem genuit Joseph virum Mariæ de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Lucas vero: Ipse, inquit, Jesus erat ferme annorum triginta incedens, ut putabatur filius Joseph qui fuit Eli, qui fuit Mathan, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janna, qui fuit Joseph qui fuit Matatheïæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Ezol, qui fuit Naggæ, qui fuit Mahat, qui fuit Matatheïæ, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Jehuda, qui fuit Johannan, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Sealtiel, qui fuit Neri, qui

fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmodam, qui fuit Er, qui fuit Jose, qui fuit Eliezer, qui fuit Joram, qui fuit Matatha, qui fuit Levi, qui fuit Simeon, qui fuit Jehuda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliacim, qui fuit Milcha, qui fuit Mainan, qui fuit Matatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Iisai, qui fuit Obed, qui fuit Boaz, qui fuit Salmon, qui fuit Nahason, qui fuit Amminadab, qui fuit Haram, qui fuit Hesron, qui fuit Pharez, qui fuit Jehudæ, qui fuit Jacob, qui fuit Ishac, qui fuit Abraham, qui fuit Nachor, qui fuit Serug, qui fuit Ragu, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sala, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noah, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit Jared, qui fuit Mahalaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

5, 19. Cumque non invenissent, qua illum inferrent. Non exprimitur præpositio διὰ per. Facit nobiscum Complut. editio.

5, 27. Vidit publicanum nomine (Levin) Habet enim λεβίν. Et statim infra v. 29: Et fecit ei convivium magnum (Levis) λεβίς, non per diphthongum in posteriori sillaba (y) λεβίν et λεβίς. Facit nobiscum etiam exemplar Complutense. Possunt autem hi casus in Latinam quoque linguam transformari, quemadmodum a nominibus Emphasis, Protasis, Epitasis ac similibus.

5, 30. Et murmurabant scribæ (qui inter eos erant) Additur namque αὐτῶν. Sic et exemplar Complutense.

6, 18. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Non enim repetit conjunctionem καί et ante verbum curabantur. Facit nobiscum Vulgata editio.

6, 20. Et ipse elevatis oculis suis in discipulos (suos). Nam repetitur αὐτοῦ suos. Faciunt nobiscum et Complutensis et Vulgata editio: quanquam hæc ad dictionem Oculis, non adjungit reciprocum suis idque male.

6, 23. Ecce enim merces vestra multa est in (caelo) non ἐν τοῖς οὐρανοῖς, in caelis pluraliter. Facit nobiscum Complutense exemplar.

6, 26. Væ cum laudaverint vos homines. Non enim additur ὑμῖν vobis, post interjectionem væ. Et in hoc facit nobiscum præter exemplar Complut. etiam Vulgata editio. In eo autem quod non addit auctor noster πάντες (z) omnes, ante homines, facit nobiscum Complut. editio, et melius correspondet contrariæ beatitudini.

(y) Erasmus et edidit, ut supra ῥάββι.

(z) Chrysost, t. VII, p. 192, A. vehementer urget τὸ πάντες. Ὁ δὲ Λουκᾶς, ἐνίμῃ inquit, καὶ ἐπιταταμένως καὶ μετὰ κλεινοῦς αὐτὸν παραμυθίας τοῦτα εἰρηκέναι φησίν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τοὺς κακῶς διὰ τὸν Θεὸν ἀκούοντας μακαρίζει· ἀλλὰ καὶ τοὺς παρὰ πάντων καλῶς ἀκούοντας ταλανίζει· οὐαὶ γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἰπῶσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. Καίτοι καὶ τοὺς ἀποστόλους καλῶς εἶπον· ἀλλ'

οὐ πάντες· διὰ τοῦτο αὐκ εἶπον, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἰπῶσι οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ὅταν πάντες. Οὐδὲ γὰρ δυνατόν τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας παρὰ πάντων ἀκούειν καλῶς. Et t. VIII, 483, A. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς εἰπῶσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. Sed Chrysostomus multa homiletice magis quam critice dicit. Ὑμῖν omittit, πάντες. in textu servat Theophylact, p. 341 A. Sed hujus interpretatio vix videtur admittere πάντες. Vide ibit. C. Φριξωμεν, ἀδελφοί, πῶς τὸ οὐαὶ

6, 37. (Et) nolite judicare. Siquidem præponitur A  
καὶ et, in exemplari quoque Complutensi.

6, 40. Perfectus autem erit sicut magister suus, non enim habet πᾶς (a) *omnis*, ante erit.

7, 7. Loco eorum quæ apud alios habentur (propter quod et me ipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te) nihil habet auctor noster. Sed neque in Matthæo, evangelistarum dicta concilians, horum facit mentionem. Non videtur ergo librarii negligentia prætermisum. In hoc enim capite ad hæc contextus verba : « Non enim sum idoneus, » etc., loco scholiorum ponit verba quæ sequuntur : Hæc etiam dixit Matthæus : Et declarata sunt (b) prædicto capite. Quod si judicasset hoc loco interponendum : Propter quod et me ipsum, etc., nequaquam dixisset omnia a Matthæo esse dicta, et in eo declarata cum ibi nulla fit horum mentio.

7, 28. Dico enim vobis : In his qui è mulieribus nati sunt, major, Joanne Baptista nemo est. Non addit προφήτης, nec tamen videtur negligentiam omissum, ob eandem causam, quam superiori adnotationi retulimus.

8, 5. Et volucres cæli (etiam) comederunt illud. Additur enim (c) rursus καὶ et.

9, 43. Omnibus vero admirantibus supra his quæ faciebat (Jesus). Additur enim nomen Ἰησοῦς, etiam in exemplari Complut.

9, 55. Conversus autem, increpavit illos. Non enim additur nomen Ἰησοῦς, neque in exemplari Complut., neque in Vulgata editione. Deinde quod sequitur in omnibus versionibus, et in Græca etiam editione Complutensi puta : Et ait illis : Nescitis C  
cujus spiritus estis vos. Filius enim hominis non venit ad perdendum animas hominum, sed ad salvandum : quanquam nos addidimus : vereor (d) ne non sit librarii incuria omissum : maxime cum in scholiis nullam faciat horum mentionem.

9, 57. Sequar te quocunque ieris (Domine). Addidit enim Κύριε, etiam in Complutensi.

10, 23. (Et conversus ad discipulos dixit) : Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Siquidem (e) adduntur etiam in exemplari Complut. hæc verba ; Καὶ στραφείς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε : Et conversus ad discipulos dixit.

ἔχωσαν οἱ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαινούμενοι. Δεῖ D  
μὲν γὰρ καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαινεῖσθαι, ἀλλὰ πρότερον ἀπὸ Θεοῦ. Si πάντων, probasset, haud dubie scripsisset, ἀλλ' οὐ παρὰ πάντων. Ita certe Chrysostomus argumentatur. Hoc autem in confesso est Euthymium et Theophylactum, accedentibus probatoribus codicibus, semper valere contra Chrysostomum. Ex Chrysostomo ergo ὑμῖν et πάντες illatum scholiis et catenis, ac deinde etiam contextui.

(a) Πᾶς habet uterque meus.

(b) Evolve infra in interpretatione Matth. viii 13, καὶ ἰάθη. Consistit hic locus cæterorum codicum auctoritate. Quid? quod nec Birchii Cod. Vat. 1209, in gratiam Latinorum hæc omittit?

(c) Neuter meorum agnoscit καὶ.

(d) Copiose de hoc loco disputavi in mea Novi Testamenti editione ad h. l. p. 223 seqq.

10, 23. Beati oculi qui vident quæ videtis. Neque enim in auctore nostro, neque in exemplari Complut. exprimitur ὑμῖν vos. Video et hoc, et alia quædam hujusmodi minutula esse, et quæ fortassis alicui adnotatione indigna videbuntur ; nolui tamen (f) prætermittere, ne quisquam negligentia aut temeritate relicta putet seu immutata.

10, 39. Quæ etiam assidens ad pedes Jesu audiebat (sermone) illius. Habet enim etiam exemplar Complutense τῶν λόγων pluraliter.

11, 53. Cæperunt (Scribæ) et Pharisæi graviter insistere. Non enim habet νομικοὶ legis periti, sed γραμματεῖς Scribæ. Et statim infra eodem versu, non habet ἀποστομιζέειν captiose interrogare : neque cum aliis ἐπιστομιζέειν os obstruere, sed ἀποστοματιζέειν, hoc est, ab ore interrogare. Quid hoc autem sibi velit, vide in hujus loci enarratione.

12, 18. Et illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi. Neque (g) enim additur καὶ τὰ ἀγαθὰ μου. Et bona mea.

13, 15. (Hypocritæ) unusquisque vestrum Sabbatho non solvit, etc. Habet enim pluraliter ὑποκριταί. Concordant et exemplar Complutense et Vulgata editio.

13, 35. Ecce relinquitur vobis domus vestra : Non exprimitur ἔρημος deserta, quod ex enarratione patet librarii vitio factum non esse.

14, 15. Beatus qui (prandium) sumit in regno Dei. Neque enim habet ἄρτον panem, sed ἄριστον prandium. Concordat etiam exemplar Complutense.

14, 21. Et reversus servus (ille) renuntiavit, etc. Non additur ἐκεῖνος ille, etiam in exemplari Complutensi.

15, 26. Et accersito uno de servis. Non additur αὐτοῦ suis (h), nec in exemplari Complutensi, nec in editione Vulgata.

17, 4. Et septies in die conversus fuerit dicens : Pœnitet me. Non habet ἐπὶ σε ad te. Concordat editio Complutensis.

17, 21. Neque dicent : Ecce hic, ecce illic, Non (i) habet ἢ aut : sicut etiam infra versu 23, ubi eadem repetuntur verba, in nullo habetur exemplari. Conformiter legit et Complutensis editio.

(e) De hoc etiam loco ibi dixi, pag. 240.

(f) Recte fecisti, Benteni. Nam vel ex tuis animadversionibus apparent hallucinationes Erasmi, hominis levis, negligentis, temerarii et perfidi. Pleuraque enim, quæ memorasti, per illum ad Vulgatam Latinam sunt facta. Quanta fide et diligentia in postremis editionibus suis Complutensem tractarit, nemo criticus ignorat. Quomodo ergo tractaverit codices? Nam etsi nec Complutensis a criticis idoneis curata est, tamen habet multas probas lectiones ab Erasmo neglectas.

(g) Servat uterque meus.

(h) αὐτοῦ Erasmus intulit, pro quo tamen silent codices, a Birchio examinati omnes. Miror.

(i) Primo loco uterque meus omittit, secunde uterque servat.

17, 32. Memores estote uxoris Lot. Non habetur *Α* *δὲ* autem, nec in exemplari Complutensi, nec in veteri translatione. Et similiter in fine capitis versu ultimo : Ibi congregabuntur aquilæ, non additur *καὶ* et, nec in editione Complutensi (*k*).

18, 3. Vidua autem erat in civitate illa. Non habet *τις* quædam, nec id habet Complut. editio, neque Chrysost. in priori de orando Deum homilia, ubi præsens citatur locus.

19, 4. Ascendit in (caprificum). In nostro et in Complutensi exemplari habetur tertia syllaba per *ω* : ne nobis Stunica (*l*) objiciat ob id prave verum esse caprificum, quod per *ο* micron scribatur. At tamen Complut. habet penultimam per *ἑψιλόν*, cum eandem habeat nostrum exemplar per *αι* diphthongum (*m*) *συκομωραϊαν*.

19, 15. Jussit vocari ad se servos illos. Non additur (*n*) *οἷς* *ἔδωκε* τὸ ἀργύριον : Quibus dederat pecuniam. Quod tamen addidimus, sicut (*o*) quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et etiam in Complut. editione habeatur : et tamen vereor, ne id librarii incuriæ factum non sit, maxime quod in Commentariis (*p*) nullam horum faciat mentionem.

20, 5. Si dixerimus, E cælo, dicet : Quare non credidistis illi ? Non additur *οὖν* ergo, nec id habet exemplar Complut.

20, 9. Homo plantavit vineam. Non additur (*g*) *τις* quidam. Et similiter infra versu 19. Et timebunt. Non additur *τὸν λαόν* *populum*. Concordat utrobique Complutensis editio.

20, 20. Ut caperent ejus (sermonem). Habet (*r*) namque *λόγον* patrio casu : non *λόγω*, ut dicatur, *in* vel *ex sermone*. Concordat etiam exemplar Complutense.

24, 16. Trademini autem a parentibus et cognatis, amicis et fratribus. Hoc etiam ordine legit Complut. editio, ut fratres ultimo ponantur loco.

(*k*) Mirabuntur nonnulli, ab Hentenio non notatum esse defectum versus integri 36, quem prætermittunt codices mei Euthymii. Sed is Erasmi editionem comparavit, quæ ista appendice caret. Igitur etiam infra in interpretatione hujus loci hunc totum versum omisit Hentenius. Scilicet in Bibliotheca Patrum maxima Lugdunensi, t. XIX, p. 652, columna *a*, littera *a*. Bonus Beza, hac appendice nos locupletavit et ex eò editores textus recepti.

(*l*) Stunica nobilis fuit adversarius Erasmi et Fabri Stapulensis. Forte ergo hic reprehenderat Fabrum.

(*m*) Uterque meus *συκομωραϊαν*. Atque ita habent etiam codices Mosquenses h. et v. qui sunt in orthographia accuratissimi.

(*n*) Mei cum reliquis codd. ista servant.

(*o*) Sine admonitione in locis singulis id fieri non debebat. Hoc modo multis in locis corruptus est Chrysostomus a Savilio et reliquis editoribus, et alii scriptores plures ab aliis pluribus.

(*p*) Hoc argumentum non valet. Multa talia, quæ intellectum habent facilem, prætermittunt in scholiis.

(*q*) Alter meorum omittit, alter habet.

22, 30. Ut edatis ac bibatis super mensam meam. Non additur (*s*) *ἐν τῇ βασιλείᾳ μου*. In regno meo. Neque in enarratione fit ulla hujus mentio.

22, 35. Quando misit vos sine oculis et pera. Non additur *Καὶ ὑποδημάτων* et calceamentis : nec ulla fit hujus mentio in commentariis. Arguit (*t*) autem adjectivum esse, quod infra versu 36, cum dicitur : sed nunc qui habet oculos, tollat, similiter et peram, illud in nullo addatur exemplari.

22, 47. Et appropinquavit Jesu ut osculetur eum. Additur statim consequenter, etiam in Complutensi exemplari : *Τούτο γὰρ σημεῖον δεδῶκε αὐτοῖς, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι*. Hoc enim signum dederat illis : Quemcunque osculatus fuero, ipse *Β* est.

23, 2. Hunc invenimus pervertentem gentem (nostram) Nam (*v*) in nostro exemplari addebatur *ἡμῶν*, sicut et Vulgata habet editio.

In fine Evangelii (*x*) non additur *ἀμὴν*, sicut nec in fine aliorum Evangelistarum in ullo habetur exemplari.

*Ex Joanne.*

1, 28. Hæc in (Bethania) facta sunt. Non (*y*) *βηθαβαρά*. Conformis est et Complutensis editio et Vulgata : quanquam auctor dicat in scholiis verius legi Bethabara.

1, 30. Non repetuntur hæc aut similia verba : *Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον, Ὅπισω μου ἔρχεται ἄνθρωπος, ὃς ἐμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν*. Hic est de quo ego dicebam : Post me venturus est vir, qui ante me fuit, quia prior me erat. Eadem tamen propemodum verba paulo superius posita erant.

2, 22. Crediderunt sermoni (ejus) Nam habet *αὐτοῦ* ejus, non *ᾧ* *εἶπεν* ὁ Ἰησοῦς, quem dixerat Jesus.

2, 24. Eo quod ipse nosset (omnia) Habet enim

(*r*) *Μεὶ λόγον*. Erasmus se volutat inter *λόγον* et *λόγω*.

(*s*) Dixi de hoc loco copiose in mea N. Testamenti editione.

(*t*) Arguta est omissio. Primo, quod continuo nulla fit mentio calceamentorum. Sed intelligi poterat ex superioribus. Deinde, quod non credibile videbatur, sine calceamentis missos esse.

(*v*) *ἡμῶν* addunt *mei*. Proximum *καὶ* autem, ante *καλύοντα*, omittunt.

(*x*) Scilicet interpretes, Chrysostomus et cæteri, loco *ἀμὴν*, quod textus est, post suas explicationes de suo in fine addunt *ἀμὴν*, atque ita terminant interpretationem.

(*y*) In his et similibus Origenes antiquis criticis expectoravit mentem, ut recentioribus, per libellum *Hermeneutische Vorbereitung*, Semlerus, quid dudum antea se ab criticis ad triutiviros A. A. A. F. F. transferre debuisset. Illud autem mihi de hoc loco mirabile visum est, quod nullus ex veteribus interpretibus Græcis infra, cap. x, vers. 40, hunc locum lectoribus in memoria revocat. Scilicet conscii erant sibi, se temere secutos esse Origenem, relicta auctoritate codicum. Ergo consultius putabant, abstinere se ab isto loco.

πάντα (z) non πάντας omnes. Consonat exemplar A Complutense.

3, 22. Et ibi morabatur cum discipulis, ac (baptizabant) Siquidem pluraliter habet (a) ἰδύπτιζον : quod ex scholiis manifestius apparet.

4, 31. Interea rogabant eum discipuli (ejus) dicentes : Rabbi, comede. Additur enim αὐτοῦ, etiam in exemplari Complutensi.

6, 52. Quomodo potest hic nobis dare carnem, ad comedendum? Nullum (b) Græcum exemplar, quod viderim, additum habet αὐτοῦ suam, quam verterit Erasmus : Carnem illam suam.

6, 70. Respondit eis : Num ego vos duodecim elegi? Non additur Ἰησοῦς, neque in exemplari Complutensi.

πολλοὶ ἔπαινον τοῦ βοηθεῖν τοῖς ἁδικουμένοις, καὶ ἅπασας ἀπλῶς ἀρετῆς. Δικαιοσύνη γὰρ, ἡ πᾶσα ἀρετῆ. Ἐκεῖ καὶ κλέπται καὶ φονεῖς διώκονται ἀλλ' οὐ μακαριοί.

Μακαριοί — ἔπαινον ἑμοῦ. Ἴνα (37) μὴ ὑπολάβῃς, ὅτι τὸ ἀπλῶς πονηροῖς ῥήμασι βλάπτεσθαι μακαρίων, δύο προσέθηκε διορισμούς, τὸ, ψευδῆ τὰ λεγόμενα εἶναι, καὶ διὰ τὸν Χριστὸν ταῦτα λέγεσθαι. Εἰ γὰρ μὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, μᾶλλον ἄθλιος ὁ κακῶς ἀκούων. Τί τῶν ῥηθειῶν τούτων παραεινέστων παραδοξότερον γίνονται ἂν, ὅταν τὰ πᾶσι φευκτὰ, εἰσι ποθεινὰ γίνονται, διὰ τὴν τῶν ἐπάθλων μεγαλειότητα; Ὁ δὲ καὶ φορτικὰ, καὶ ἑναντία τῇ μέτρῃ τότε συνηθεία τῶν ἀνθρώπων δογματίσας, ὅμως καὶ ἔπαισι, καὶ πείθει σχεδὸν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

B ab omnibus evitantur, præmorum magnitudine flant omnibus desiderabilia (qq) Nam qui gravia ac molesta et hominum consuetudini ad id usque temporis contraria præcipit, persuasit tamen et persuadet universo fere orbi.

Χαίρετε — οὐρανοῖς. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, πάντες οἱ ὀνειδίζομενοι, καὶ διωκόμενοι, καὶ κακῶς ἀκούοντες, ὡς εἴρηται. Εἰπὼν δὲ, ὅτι ὁ Μισθὸς ὑμῶν κοίτης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐπήγαγε καὶ ἑτέραν παράκλησιν.

† Τὸ γὰρ (38) ὑπομείναι ὀνειδος, μέγα καὶ χαλεπώτατον. Διὸ καὶ ὁ Ἰάκωβ, τοὺς ἄλλους ὑπομείνας πειρασμούς, τότε μάλιστα ἰταράχθη, ὅτι ὀνειδίζον αὐτῷ οἱ φίλοι, ὡς δ' ἁμαρτίας πάσχοντι.

Οὕτω — τοὺς πρὸ ὑμῶν. Ἐντεῦθεν φανερόν, ὅτι τὸ Μακαριοί εἰστε, καὶ τὰ εἴθῃς, ἰδίως πρὸς τοὺς μαθητὰς εἴρηκα, διὰ μέσου δὲ αὐτῶν, καὶ πρὸς ἅπαντας, ὅσοι μὲλλουσι μιμεῖσθαι τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ ἐδίωξεν, φησὶ, τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. Πῶς οὕτως; Ὀνειδίζοντες δηλονότι, καὶ διώκοντες, καὶ λέγοντες πᾶν πονηρὸν ῥῆμα (39) κατ' αὐτῶν ψευδοίμοι, ἔπαινον τοῦ Θεοῦ. Ὡσπερ γὰρ ὑμεῖς καρ' ἑμοῦ ἐπιστάλησθε, κηρύξοντες, ὅσα ἐντελοῦμαι ὑμῖν οὕτω καὶ ἐπιπέσει πρὸς τοῦ Θεοῦ ἀποσταλήσαν. Εἰπὼν δὲ, ὅτι τοῦ προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν, ἐνέφημεν, ὅτι καὶ οὕτω προφητεύσουσιν. [Εἰ (40) τοίνυν ἐκαίνοις οὐκ ἐν ἐπιφογῶν, τὸ πάσχειν διὰ Θεόν, πάντως οὐδ' ὑμῖν.] Οὕτω τοῖς προφήταις παρισώσας αὐτοὺς, ἀνέστησεν αὐτῶν τὰ φρονήματα.

Ἐλπίε δὲ, μετὰ πᾶσας ἐντολάς τὸν μακαρισμὸν τοῦ διωγμοῦ τοῦ ἔπαινον δικαιοσύνης, καὶ τὸν τοῦ ὀνειδισμοῦ, καὶ τῆς διώξεως, καὶ τῆς κακολογίας τέλει, δεικνύον, ὅτι χρὴ πᾶσαις ταῖς προλαβοῦσαις ἐντολαῖς συγκρατηθῆναι τὸν εἰς ταύτους τοὺς ἀγῶνας ἐπεδουμένον. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τάξει τινὶ χρησάμενος χρύσῃν ἡμῖν σιμῶν ὑφῆκεν. Ὁ μὲν γὰρ τα-

sed plurimi quoque alii, quia illis sunt auxilio qui afficiuntur injuria, et universaliter propter quamcunque virtutem. Justitia siquidem omnis virtus est. Fures vero etiam homicidæ perfectionem patientur non tamen beati dicuntur.

Vers. 11. *Beati* — *propter me*. Ad apostolos qui aderant, sermonem dirigit, ostendens doctoribus proprium esse probri affici. Ne autem suspiceris quod simpliciter verbis malis impeti sit beatum, idcirco addidit, quæ plane distinctionem faciunt, videlicet ut quæ dicuntur mendacia sint, et propter Christum ea dicantur. Quodsi hæc non ita se habent miser potius est qui male audit, utpote plurimos suis malis operibus offendens. Quid ergo his admonitionibus mirabilius esse potest? utinam vero quæ

B ab omnibus evitantur, præmorum magnitudine flant omnibus desiderabilia (qq) Nam qui gravia ac molesta et hominum consuetudini ad id usque temporis contraria præcipit, persuasit tamen et persuadet universo fere orbi.

Vers. 12. *Gaudete* — *cælis*. Gaudete et exultate spiritu quicumque proba ac persecutiones sustinetis et modo quo dictum est male auditis. Dicens autem: *Merceres vestra multa est in cælis* aliam quoque consolationem induxit.

† Nam opprobria sustinere magnum est, et grave admodum. Unde et Job postquam alias tentationes patienter toleraverat, tunc maxime turbatus est, quando ab amicis opprobriis afficiebatur, tanquam propter peccata sua pateretur.

Vers. 12. *Ita* — *qui vos præcesserunt*. Hinc manifestum est quod illud: *Beati estis*, etc., proprie ad discipulos dixerit, et ipsis mediantibus, etiam ad omnes, qui discipulos suos essent imitaturi. *Ita enim* inquit, *persecuti sunt prophetas, qui vos præcesserunt*. Quo modo ita? opprobrio videlicet afficientes et persequentes et dicentes omne malum verbum mentiendo, propter Deum. Sicut enim vos a me mittimini prædicaturi quæcunque præcepero, ita et illi a Deo missi erant. Dicens autem: *Prophetas qui vos præcesserunt*, manifestat quod etiam hi prophetabunt. Si ergo, inquit, non erat illis indecorum pati propter Deum, neque omnino vobis. Ita prophetis eos adæquando, mentes erexit ipsorum.

Observa autem post quot præcepta posuerit beatitudinem tolerandæ persecutionis, quæ fit propter justitiam, et exprobrationis, quæ fit propter ac male dicatorum, quod omnibus prædictis virtutibus oporteat adjutum esse eum qui hæc certamina aggreditur. Nam ideo quoque certo usus ordine, auream nobis catenam contexit. Qui enim animo humi-

### Variae lectiones et notæ.

(37) Ante hæc ex Theophyl. p. 27 C addit versio Hentenii, quæ tamen mei non habent: Πρὸς πορόντας τοὺς ἀποστόλους ἀποτίνεται, δεικνύς, ὅτι μάλιστα τῶν διδασκαλῶν ἴδιον τὸ ὀνειδίζεσθαι. Ἴνα δὲ

μὴ κ. τ. λ.

(38) Theophylact. p. 27 C.

(39) ῥῆμα omittit B.

(40) Includa omittit A.

(qq) *Utinam* — *desiderabilia*. Cum ea quæ omnibus videntur fugienda, omnibus fiunt expetenda, propter præmiorum magnitudinem.

lis est, propria lugebit errata; qui vero luget, etiam mitis erit: et qui mansuetus est, justus quoque erit omnino: justus vero, etiam miserebitur. His autem omnibus opere perfectis, etiam mundus erit corde, talis vero pacificus quoque erit; qui autem huc usque profecit, ad pericula etiam extendetur, ac cætera quæ sequuntur magno animo tolerabit. Postquam ergo quæ opportuna erant admonuit, rursus laudibus eos recreat dicens.

Vers. 13. *Vos — terræ.* Terram hic homines appellavit, quasi e terra formatos. Est autem tantum ac si diceret: Homines in peccatis putrefacti sunt corrupti ab humore affectionum. Vos igitur a me electi ad curandam hanc totius mundi putredinem, estis sal terræ: accepta virtute ad constringendum ipsos et coerctandum, præterea ac occidentum, vermes invisibiles, hoc est, ut per bonam famam, rationales affectus a gravi peccatorum odore liberatis.

† Prophetæ ad unam gentem missi sunt, vos autem sal estis universi orbis, per doctrinam arguendo ac stringendo dissolutos, ne æternos producant vermes. Non ergo mordacitatem reprehensionum abjiciatis, sed et opprobria ac persecutiones sustinete. Ideo subdit: *Si autem sal infatuatus fuerit in quo salietur? Ad nihil amplius valet, nisi ut foras projiciatur, ab hominibus conculcetur.* Si enim is qui docet infatuatus fuerit, hoc est, non arguit ac stringit, sed emollitus est, in quo salietur, id est corrigetur? Ex eo tempore igitur foras projicitur a magistri dignitate, et conculcatur, hoc est, despicitur.

Vers. 13. *Quod si — salietur.* Salis fatuitas est debilitas mordacitatis ipsius. Dicit ergo: Videte quale ministerium vobis committendum est, et contendite ne laxemini persecutionibus, opprobriis ac maledictis, ut prædictum est, neque utilem mordacitatem respuatis. *Si enim sal infatuatus fuerit, quo salietur?* Hoc est, si vos molles effecti fueritis, aut utilem mordacitatem neglexeritis quo alio sale saliemini, sive condiemini, sicut habet Marcus<sup>89</sup>? Vos enim sal electus estis, nec alius reliquus est. Quanto igitur præ cæteris ad hujusmodi ministerium electi estis, tanto amplius cavere debetis, ne ob propriam mollitiem ac inutilitatem, et putrefactorum perditionem, ut dictum est, accusari possitis.

Vers. 13. *Ad — hominibus.* Ad nihil amplius uti-

<sup>89</sup> Marc. ix, 50.

#### Variæ lectiones et notæ.

(41) Ἀμαρτήματα A.  
 (42) Καί, omittit A.  
 (43) Δύναμιν στύφειν non cōhæret. Aut ergo τοῦ, aut ὡς interponendum ante στύφειν.  
 (44) Ex Theophylact. p. 27 E.  
 (45) Δί pro γάρ A.

Α πινός, καὶ τὰ οἰκία πενήθει (41) παραπτώματα ὁ δὲ ταῦτα πενήθων, καὶ πρῶος ἴσται· ὁ δὲ πρῶος, πάντως ἴσται καὶ δίκαιος· ὁ δὲ δίκαιος, καὶ ἐλεήσει· ὁ δὲ ταῦτα πάντα κατορθώσας, καὶ (42) καθαρὸς ἴσται τῇ καρδίᾳ· ὁ δὲ τοιοῦτος, καὶ εἰρηνοποιὸς· ὁ δὲ μέχρι τούτου προκόψας, καὶ πρὸς κενθύνους παρατάξεται, καὶ τὰ ἐξῆς ὑποστήσεται μεγαλοφύχως. Παραινίσας τοῖνον ἂ προσήκειν, ἀναπαύει πάλιν αὐτοὺς τοῖς ἐγκωμίοις.

Ἵμεις — γῆς. Γῆν ἐνταῦθα, τοὺς ἀνθρώπων ἐκάλεσεν, ὡς ἐκ γῆς πλασθέντας. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἴσται. Οἱ ἄνθρωποι πάντες σιδήσασαι ταῖς ἀμαρτίαις, διαφθαρήντες ὑπὸ τῆς ὑγρότητος τῶν παθῶν ὑμεις οὖν, ἐκλογέντες παρ' ἑμοῦ πρὸς ἱατρείαν τῆς παγκοσμίου ταύτης σιπηθόνος, ἴσται τὸ ἄλας τῶν ἀνθρώπων, δύναμιν λογικὴν ἐξ ἑμοῦ λαμβάνοντες (43) στύφειν αὐτοὺς καὶ ἐπισφύγγειν, καὶ ἀποκατείνειν μὴ τοὺς ἀοράτους σκώληκας, φημί δὲ τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμοὺς, ἀπαλλάττειν δὲ τῆς δυσωδίας τῶν ἀμαρτημάτων.

† Οἱ μὴ προφῆται (44) εἰς ἓν ἔθνος ἀπεισάλησαν ὑμεις δὲ τῆς γῆς ἀπάσης ἴσται τὸ ἄλας, διὰ τῆς διδασκαλίας καὶ τῶν ἐλέγχων στύφοντες τοὺς χανόνους, ἵνα μὴ γεννήσωσι τοὺς ἀτελευτήτους σκώληκας. Ὅστι μὴ ἀποβάλληται τὴν στυφνότητα τῶν ἐλέγχων, καὶ διώκησθε. Διὸ φησιν· Ἐάν δὲ τὸ ἄλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀλισθήσεται; Εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βληθῆναι ἐξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ὁ γὰρ διδάσκαλος ἵαν μωρανθῇ, τουτίσται, εἰ οὐκ ἐλέγχει καὶ στύφει, ἀλλὰ χανωνθῇ, ἐν τίνι ἀλισθήσεται, τουτίσται, διορθωθήσεται; Ἀπὸ τότε οὖν ἐξω ῥίπεται τοῦ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος καὶ καταπατεῖται, τουτίσται, καταφρονεῖται.

Ἐάν — ἀλισθήσεται. Μωρία ἀλάτος ἴσται, ἢ ἀσθένεια τῆς ποιότητος αὐτοῦ. Λέγει τοῖνον, ὅτι βλέπεται, οἷον διακονίαν ἐγχειρίζεσθαι μάλιστα, καὶ ἀγωνίζεσθε, μὴ χανωνθῆναι διωγμοῖς, ἢ ονειδισμοῖς, ἢ κακολογίαις, ὡς προδεδήλωται, μηδ' ἀποβαλεῖν τὴν ὠφελίμον ποιότητα. Ἐάν γὰρ (45) τὸ ἄλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀλισθήσεται, τουτίσται, Ἐάν ὑμεις χανωνθῆτε, ἢ τὴν ὠφελίμον ποιότητα ἀποβαλεῖτε, ἐν τίνι ἑτέρῳ ἀλατι ἀλισθήσεσθε, εἴπον ἀρτυθήσεσθε, ὡς ὁ Μάρκος (46) εἶπεν. Ἵμεις γὰρ ἴσται τὸ ἐκλογεῖν ἄλας, καὶ οὐχ ὑποβλάσπειται ἕτερον. Ὅση τοῖνον προεκρίθητε πάντων εἰς τὴν τοιαύτην διακονίαν, τοσούτω προσέχειν ὀφείλετε, ἵνα μὴ καὶ τῆς ἑαυτῶν χανονότητος, καὶ ἀνεργησίας, καὶ τῆς τῶν σεσημμένων, ὡς εἴρηται, ἀπωλείας ἀπαυθῆτε δίκην.

Εἰς — ἀνθρώπων. Εἰς οὐδὲν ἔτι χρησιμώσι,

(46) Scilicet Marcus habet ἀρτυθεῖτε. Sed mutavit tempus, ut æquiparare possēt Matthæi vocabulo. Sed ἀρτυθήσεται tamen ex aliquo scholio occupavit nonnullos Marci codices, in his meum cum scholiis, quem appello 12.

μωραυθὲν τὸ δηλωθὲν ἄλας, εἰ μὴ εἰς τὸ ριφῆναι ἐξω  
τῆς δεσποτικῆς αὐλῆς, καὶ κατακατεῖσθαι, ὃ ἔστι κατα-  
φρονεῖσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων.

Ἑμεῖς — κόσμου. Κόσμον πάλιν τοὺς ἐν τῇ  
κόσμῳ εἶπεν ἀνθρώπους, ὧν σκοπεσθέντων τῷ ζῳφῶ  
τῆς κλίμας, Ἑμεῖς, φησὶν, ἐξελέγητε εἶναι φῶς αὐ-  
τῶν, ὥστε φωτίζεν τὰ ὄμματα τῶν ψυχῶν αὐτῶν,  
φωτὶ διδασκαλίᾳ καὶ φωτὶ γνώσεως, χειραγωγῶν  
αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ὀρθὴν τριβὸν τῆς εὐσεβείας. Δύο τοί-  
ων διακονίας ἐνεχειρίσθησαν, το ἀλίξεν καὶ τὸ φω-  
τίζειν. Δεῖ γὰρ πρῶτον ἀπαλλαγῆναι τῆς σηπεδόνος,  
εἶτα συνεισεσθῆναι.

Οὐ — κειμένη. Διὰ ταύτης τῆς παραβολῆς, καὶ  
τῆς μετὰ ταύτην, εἰς ἀκριβείαν καὶ ἀσφάλειαν βίου  
τούτους ἐνόησι, καὶ ἐναγωνίους εἶναι κελύει, ὡς  
ὑπὸ τοῖς ἀπᾶντων ὀφθαλμοῖς τοῦ λοιποῦ κειμένου, B  
καὶ ἐν μέσῳ τῇ θεάτρῳ τῆς οἰκουμένης ἀγωνιζομέ-  
νους. Οὐ δύναται, φησὶ, πόλις κρυθῆναι ἐπάνω  
ἕως κειμένη· οὐδὲ ὑμεῖς δύνασθε κρυθῆναι, ἐπὶ  
τοῦ ὕψους τῆς διδασκαλίᾳ τεθέντες. Λοιπὸν οὖν προσ-  
ᾶτε, πῶς πολιτεῖσθε καὶ γίνεσθε τοῖς ἀποβλέ-  
πουσιν εἰς ὑμᾶς καλλιστον ἀρχέτυπον καὶ βίου καὶ  
λόγου.

Οὐδὲ — τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. Οὐδ' ἀνάπτουσί τινες  
λύχνου, καὶ τὰ ἐξῆς. Λοιπὸν οὖν οὐδ' ἐγὼ, ἀνάψαι  
ὑμᾶς φωτὶ θεογνωσίας, βούλομαι ὑμᾶς κρύπτεισθαι·  
εἰ δὲ ἰδοὺ τίθημι ὑμᾶς ἐπὶ τὴν λυχνίαν, λέγω δὴ,  
καὶ τὸν ὑψηλὸν τόπον τῆς διδασκαλίᾳ, ὥστε φωτι-  
ζειν πάντας τοὺς ἐν τῇ οἰκουμένῃ.

Οὕτω — τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. [Λαμψάτω (47)  
οὖν εἰπὼν, οὐ κελύει θεατριεῖν τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' (48)  
ἐργάζεσθαι αὐτὴν, εἰωθυῖαν ἀφ' ἑαυτῆς λάμπειν,  
καὶ ἑαυτὴν δημοσιεύειν κατὰ τὴν τοῦ μύρου φύσιν.] C  
Δεῖ τοῦτο δὲ (49) λαμψάτω ἢ καθαρότης τοῦ βίου  
καὶ λόγου ὑμῶν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ἐνεκεν  
ἀσθροπαρεσκειᾳ, ἀλλ' ἵνα ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ  
ἔργα, τὰ ἐν πράξεσι καὶ λόγοις, καὶ μιμήσωνται  
ταῦτα. Ἐτε δὲ καὶ, ἵνα δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν  
τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἦτοι τὸν Θεόν, ἦτινι διὰ  
πίστεως νισθετήθητε, υἱοὶ μὲν αὐτοῦ, ἀδελφοὶ δὲ  
ἐμοῦ γεσόμενοι. Ὑμνήσουσι γὰρ αὐτὸν, ὡς τοιαύτην  
ἐπιτελέμενον πολιτείαν. Καὶ μὴν αὐτὸς ταύτην  
ἐπιτελεῖ, ἀλλ' εἰδοὶ τὰ ἑαυτοῦ κατορθώματα τῷ  
Πατρὶ πολλάκις ἀνατιθῆναι, ὡς προϊόντες εὐρήσο-  
μεν, τιμῶν ὡς Πατέρα, καὶ ἅμα δεικνύων, ὅτι ἐν  
εἰσιν, ὡσπερ τῇ φύσει, οὕτω καὶ τῷ θελήματι.

[Ἑμεῖς, (50) φησὶν, ἐργαζομένον τὰ καλὰ, λαμ-  
ψάτω τὸ ἀπ' αὐτῶν φῶς ὑμῶν, ὃ καὶ, μηδενὸς δημο-  
σιεύοντες, εἰδὼν αὐτὸ ἑαυτὸ θριαμβεύειν ἀποκαλλό-  
μενον τῶν καλῶν.] D

Μὴ — πληρώσαι. Ἐπειδὴ μείζονα τῶν παλαιῶν

lis est sal infatuatus, nisi ut extra Dominicam au-  
lam projiciatur, et conculcetur, hoc est, despicia-  
tur ab hominibus.

Vers. 14. Vos — mundi. Mundum rursus dixit  
homines in mundo habitantes : quibus erroris  
caligine obscuratis, Vos, inquit, electi estis, ut  
lux eorum sitis, utque oculos animarum ipsorum  
luce doctrinæ ac scientiæ illuminetis, et ad semi-  
tas rectas divini cultus deducatis. Ideo nempe mi-  
nisterium saliendi ac illuminandi eis commissum  
erat. Primum enim oportet a putredine liberari,  
deinde erudiri.

Vers. 14. Non — posita. Per hanc sequentem-  
que parabolam ad vitæ perfectionem ac munitionem  
ipsos inducit (rr), et certaminum præfectos non  
esse jubet, tanquam sub omnium oculis in poste-  
rum ponendos, et in medio hujus mundi theatro  
certantes. Non potest, inquit, civitas abscondi su-  
per montem posita. Neque vos occultari potestis  
in doctrinæ altitudine collocati. Reliquum est igitur,  
ut solliciti sitis, quomodo gubernetis, et aliis  
oculos in vos figentibus, optimum sitis exemplar  
vitæ ac doctrinæ.

Vers. 15. Neque — qui in domo sunt. — Neque  
accendit quisquam lucernam, etc. Restat igitur, ut  
neque ego vos eo fine divina scientia accenderim,  
ut absconderem : sed ecce pono vos super candelabrum,  
hoc est, super excelsum doctrinæ locum,  
ut omnes qui in domo sunt, illuminentis.

Vers. 16. Sic — qui in cælis est. Luceat sane di-  
cens, non jubet ut in spectaculum virtus ponatur,  
sed ut ipsa opere compleatur, quæ per se lucere  
solet, ac seipsam unguenti more propalare : ideo  
luceat puritas vitæ ac sermonis vestri coram ho-  
minibus, non ob studium hominibus placendi,  
sed ut videant vestra opera bona, quæ operibus ac  
sermonibus imitentur et præterea ut glorificent  
Patrem vestrum qui in cælis est, hoc est Deum,  
a quo per fidem adoptati estis ; filii quidem ejus,  
fratres autem mei effecti : laudant enim ipsum, ut  
qui hujusmodi politiam ordinaverit. Ipse tamen  
Christus hanc constituit, sed propria opera solet  
Patri frequenter attribuere, ut in sequentibus erit  
invenire : Patrem videlicet honorans, et similiter  
demonstrans, quod unum sint sicut natura, ita et  
voluntate.

† Vobis, inquit, bona opera facientibus, luceat  
ab eis lux vestra : quæ nullo etiam publicante, per  
seipsam triumphare solet (ss), a bonis operibus  
prosiliens.

Vers. 17. Ne — ad complendum. Quia majora

### Variae lectiones et notæ.

(47) Inclusa in marg. habet A.

(48) Ἄλλ' ἐργάζεσθαι αὐτὴν, absunt A.

(rr) Malim ad vitam caute seu prudenter ac tuto  
egrediam. Ἐναγωνίους autem reddiderim, fortes,  
PATROL. Gr. CXXIX.

(49) δὲ omittit A.

(50) Inclusa Codex uterque habet in margine.

constantes.

(ss) Per — solet. Se ipsam illustrare, patefacere.

præcepta conditurus erat his, quæ erant in Veteri Testamento, dicens : *Audistis quod dictum est antiquis : Non occides : qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis : Omnis qui temere irascitur fratri suo, reuserit iudicio*<sup>90</sup>, etc., et divinæ cujusdam cœlestisque politiæ viam incidere (11) volebat : ne qui propter novitatem suspicarentur, quod nova condens, vetera auferebat, eumque contrarium illis esse putarent : primum huic medetur suspicioni.

Sed videamus quomodo legem compleverit ac prophetas. Prophetas quidem complevit, omnibus quæ de ipso scripserunt prophetæ, opere completis. Nam ob id quoque frequenter addiderunt evangelistæ : *Ut completeretur quod dictum est per prophetam*. Legem autem uno quidem modo, complevit nihil transgrediendi eorum quæ lex jusserat. Dixerat enim prius ad Joannem : *Sic decet nos complere omnem justitiam*<sup>91</sup> ; alio autem modo, addens ipsi quæ prætermissa erant : quod etiam hic magis congruum est intelligere. Cum enim lex peccatorum fines prohibeat, Christus principia quoque vetuit. Siquidem cædes fructus est peccati, radix autem ejus est ira : nisi vero quis radicem abstulerit, quandoque tandem fructum producet. Patet igitur mancum fuisse præceptum, quod solum occidere vetabat. Hoc autem Christus complevit, præcipiens non irasci, quod in aliis præceptis procedendo licebit invenire.

Et quare vetus lex erat imperfecta ? Quia Hebræi duræ cervicis erant, nec ferebant grave jugum : illos itaque velut infantes lacte potavit, nobis autem tanquam viris solidum apposuit cibum.

Quomodo vero alibi dixit Christus : *Jugum meum suave est, et onus meum leve*<sup>92</sup> ? Quia leve facit hoc laborum remuneratio ac præmiorum magnitudo. Lex enim se servantibus bona terræ promittebat. Christus autem bona cœlestia.

† Alio etiam modo, non solvit, sed complevit potius legem veterem : neque enim Evangelio contraria erat, sed potius via ad ipsum, ac præco prævius et umbra typusque ; veniente autem Evangelio, completa est ac cessavit, sicut nox appetente die, sicut umbra additis coloribus. Oportebat enim pædagogum præceptorum concedere.

<sup>90</sup> Matth. v, 21, 22. <sup>91</sup> Matth. III, 15. <sup>92</sup> Matth. xi, 30.

#### Variæ lectiones et notæ.

(51) Inclusa in margine habet A.  
(52) Hentenius, *coloribus*. Recte ergo *χρωμάτων*, correxi, pro *χρημάτων*. Sic ἐπιβάλλειν *χρώματα*

(11) *Incidere*. Munire. Græce eleganter, *τέμνει οδόν*. Sed hunc tropum Latini non sunt imitati, nisi forte ubi sermo sit de ripibus.

Α παραγγελάτων ἐμίλλε νόμογετείν, λέγων · Ἐκούσατε ὅτι ἐρρήθη τοῖς ἀρχαίοις · Οὐ φονεύσεις · ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει · ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει, καὶ τὰ εἴδη · καὶ βίαιας τινὸς καὶ οὐρανοῦ πολιτείας ἐβούλητο τεμῆναι ὁδόν, ἵνα μὴ τινος, διὰ τὸ ξενίζον, ὑπολαβόντων, ὅτι ἀνακάρων τὰ παλαιὰ, νομοθετεῖ νέα, καὶ νομίωσιν αὐτὸν ἀντίθεον, προθεραπεύει τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν.

Ἄλλὰ, πῶς ἐπλήρωσε τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἰδωμεν. Τοὺς προφῆτας μὲν ἐπλήρωσε, πληρώσας ἔργοις πάντα, ὅσα περὶ αὐτοῦ προσφῆτευσαν · διὸ καὶ καθ' ἕκαστον τῶν προφητευθέντων προσέθηκάν οἱ εὐαγγελιστὰι τὸ · « Ἴνα πληρωθῆ τὸ ῥῆθὲν διὰ τοῦ προφήτου · » τὸν δὲ νόμον ἐν μὲν τροπῇ πεπλήρωκεν, ἐν τῷ μηδὲν νόμιμον παραβῆναι. Εἴρηκε γὰρ πρὸς τὸν Ἰωάννην, ὅτι Οὕτω πρέπειν ἔστιν ἡμῖν, πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην · ἐτέρῳ δὲ, ἐν τῷ προσθέσθαι αὐτῷ τὰ λείποντα, ὃ καὶ μᾶλλον ἐνταῦθα νοεῖν ἀρμόδιον. Τοῦ νόμου γὰρ τὰ τέλη τῶν ἀμαρτημάτων κωλύοντος, ὁ Χριστὸς καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκάλυψε. Ὁ φόβος μὲν γὰρ καρπὸς ἔστιν ἀμαρτίας · ῥίζα δὲ ταύτης ἡ ὀργή. Καὶ εἰ μὴ τις ἀνέλθῃ τὴν ῥίζαν, ἔστιν ὅτι καρποφορήσει. Δίδεικται τοίνυν, ὅτι ἐλλειπὴς ἦν ἡ περὶ τοῦ μὴ φονεύειν ἐντολή. Ἀνεπλήρωσε δὲ ταύτην ὁ Χριστὸς, ἐντεταλμένος μὴ ὀργίζεσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπιτολῶν εὐρήσεις προῖων.

Καὶ διατί ἀτελής ἦν ὁ παλαιὸς νόμος ; Διότι σκληροτράχηλοι ἦσαν οἱ Ἑβραῖοι, καὶ οὐκ ἠνεύχοντο ζυγὸν βαρύν. Τοίνυν ἐκείνους μὲν, ὡς νεκίους εἰς ἀρετὴν, γάλα ἐπότισεν · ἡμῖν δὲ, ὡς ἀνδράσι, προσήγαγε στερεῶν τροφῶν.

Καὶ πῶς ὁ Χριστὸς εἴρηκεν ἀλλάχου, ὅτι Ὁ ζυγὸς μου χρηστός, καὶ τὸ φορτίον μου εὐαφρὸν ; Διότι εὐαφρύνει τοῦτον ἡ τῶν πόνων ἀντίδοσις, καὶ ἡ μεγαλειότης τῶν ἐπάθλων. Ὁ νόμος μὲν γὰρ τοῖς κατορθοῦσιν αὐτὸν τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς ἐπαγγελίω δώσειν · ὁ δὲ Χριστὸς, τὰ ἀγαθὰ τοῦ οὐρανοῦ.

[Ἄλλως (51) τε, οὐ κατέλυσε, ἀλλ' ἐπλήρωσε τὸν παλαιὸν νόμον ὁ Χριστὸς. Οὐδὲ γὰρ ἀντίκειτο τῷ Εὐαγγελίῳ, μᾶλλον μὲν οὖν ὁδὸς ἦν οὗτος ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ προκήρυξις αὐτοῦ, καὶ σκιά, καὶ τύπος. Ἐλθόντος δὲ τοῦ Εὐαγγελίου, ἐπληρώθη οὗτος, καὶ πέπαιται, ὡς νύξ, ἡμέρας φαισίσης, ὡς σκιά, χρωμάτων (52) ἐπιβληθέντων. Ἐδεῖ γὰρ τὸν (53) παιδαγωγὸν τῷ διδασκαλῷ παραχωρηθῆναι.]

Gregor. Nazianz. p. 35.

(53) Respicit Gal. III, 24.

Καὶ ἄλλως δὲ πεπλήρωκεν ὁ Χριστὸς τὸν νόμον, ἅ τὰ διατάγματα τούτου φυλάξας, καὶ πέπαυκε, διὰ τοῦ τελείου τὸ ἀτελὲς ἀποκρύψας. Ὅθεν οὐκ ἀντικεινται τοῖς τοῦ νόμου τὰ τοῦ Εὐαγγελίου, ἀλλὰ συμφωνοῦσιν. Ὁ μὲν γὰρ προτάλειον ἦν, τὸ δὲ τελειότερον.]

Ἄμην — γίνεσθαι. Τὸ Ἄμην, ἐπιρρήμα ἐστὶ βεβαιωτικόν, ἀντι τοῦ ἀληθῶς. Ἡ δὲ τῶν ἐφεξῆς ρητῶν διάνοια, τοιαύτη ἐστίν, ὅτι Ἔως ἂν ὁ κόσμος διαμῖνῃ (τούτο γὰρ δηλοῖ τὸ Ἔως ἂν παρελθῇ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ), οὐ μὴ παρελθῇ ἀτέλειστον εἶθι τὸ εὐτελέστατον ἐπίταγμα τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα τὰ νόμιμα γίνεσθαι, ἤτοι πληρωθῇ ἔργοις παρ' ἑμοῦ. Διὰ γὰρ τοῦ ἰώτα καὶ τῆς κεραίας, τὸ εὐτελέστατον ἐδήλωσεν. Ἐν γὰρ ταῖς γραμμαῖς ταῦτά εἰσιν εὐτελέστατα, ὡς εὐχρύτερον τῶν ἄλλων ἐγχαρασσόμενα. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἰώτα γραμμὴ ὀρθή ἢ δὲ κεραία, γραμμὴ πλαγία. Σχῆμα δὲ ἐστὶ βεβαιώσεως τὸ λέγειν, ὅτι Ἔως ἂν παρελθῇ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, οὐ μὴ εἴσω τῶδε. Εἰρηκε δὲ τούτο ὁ Χριστὸς, βεβαιῶν, ὅτι οὐ μεταποιεῖ τὸν νόμον, ὡς μὴ δυνάμενος ποιεῖν, ἃ ἐκεῖνος ἐπέταξε. Καὶ γὰρ μέχρι θανάτου τούτου ἔξετελει.

Ὅς — οὐρανῶν. [Τῶν (54) μικροτέρων, ἵνα μὴ ἴσῃ τῶν μεζόνων.]

Ἐπειπερ δὲ ἀπέπληξε ἑαυτὸν τῆς πονηρᾶς ὑποψίας, λοιπὸν ἐκφοβεῖ, καὶ ἀπειλὴν τίθησι μελλίστην, ἵπὲρ τῆς μελλούσης νομοθεσίας αὐτοῦ. Ὅστις ἀθετήσῃ, φησί, μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων, ὧν μέλλω νομοθετῆσαι, καὶ μὴ μόνον ἀθετήσῃ, ἀλλὰ καὶ ἐτίθει ὑπόδειγμα τοιοῦτον γίνεσθαι ἐλαχίστος δὲ τῶν ἐκείνων, τούτο μὲν, μετριοφρονῶν, τούτο δὲ, ἵνα μὴ ἐπαίρωνται οἱ καπορθοῦντες αὐτάς. ἅμα δὲ καὶ παιδεύω ἡμᾶς, ἐξευτελίζει τὰ οἰκεία, ἐπεὶ μεγάλα εἰσι καὶ ὑψηλαί. ὁ τοιοῦτος οὖν ἐλάχιστος κληθήσεται, τουτέστιν, ἐσχατος πάντων, φαυλότατος, ἀπέρριμτος, ὃ ἐστίν, εἰς τὴν κόλασιν ἐμβληθήσεται. Βασιλείαν δὲ τῶν οὐρανῶν νῦν τὴν δευτέραν παρουσίαν αὐτοῦ φησιν, ἐν ἧ βασιλεὺς οὗτος ἀπάντων ἐπαρρησιάζεται.

Ὅς — οὐρανῶν. Ὅρα πῶς εἶπεν, ὅτι χρὴ πρῶτον ποιεῖν, εἶτα διδάσκειν, καὶ μὴ μόνον ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν. Ὅτι γὰρ μεμπτόν, τὸ μὴ ποιεῖν μὲν, διδάσκειν δὲ οὕτω πάλιν ἀτελὲς τὸ ποιεῖν μὲν, μὴ διδάσκειν δὲ. Τελεῖα δὲ ἀρετῆ, τὸ μὴ μόνον ἑαυτῷ χρῆσιμεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑτέροις. Σὺ δὲ οὐκ ἂν ὀρθῶς διδάξῃς, ὃ μὴ πεποίηκας, οὐδ' εὐχερῶς πείσῃς ποιεῖν, ὃ μὴ σὺ πεποίηκας. Ἀκούσεις γὰρ. Ἰατρὶ, θεράπευσον σεαυτὸν.

Λέγω — οὐρανῶν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐ ποιοῦσιν,

<sup>11</sup> Luc. iv, 23.

Variae lectiones et notæ.

(34) Inclusa in marg. habet A.

(uu) *Quiis* — *perfecti*. Imperfecto per perfectum superato. Ἀποκρύπτειν notionem superandi habet, quod orto sole cæteræ stellæ evanescent.

Alio quoque modo Christus legem complevit, servatis ipsius præceptis, finemque imposuit : quia abstracta imperfectione perfecit (uu). Unde contraria non sunt evangelica præcepta his quæ lex jussit, sed consona : lex enim initium erat, Evangelium vero perfectio.

Vers. 18. *Amen* — *facta sint*. Dictio *Amen*, adverbium est confirmativum, idem significans, quod vere. Intellectus autem eorum, quæ ordine dicuntur, hic est : Quandiu mundus permanserit (hoc enim indicat, dicendo : *Donec transeat cælum et terra*), nequaquam prætermittetur imperfectum vel levissimum legis præceptum, donec omnia legalia facta, sive opere completa sint a me. Per iota siquidem, aut apicem, quod abjectissimum est significavit : hæc enim in litteris levissima sunt, tanquam quæ cæteris facilius describi possunt. Est autem iota linea recta, apex vero linea obliqua. Modus quoque confirmationis est dicere : *Donec transeat cælum et terra, hoc non permittam*. Dixit autem hoc Christus, confirmans quod legem non corrigeret, tanquam non potens quæ illa jussisset opere complere ; nam usque ad mortem ipsam complevit.

Vers. 19. *Quicumque* — *cælorum*. † De minimis, ut ne dicam de majoribus.

Postquam seipsum prava suspicione liberavit, deinceps exteret, minasque ponit maximas pro futura legislatione sua. Quicumque, inquit, unum horum præceptorum spreverit, quæ ego stabiliturus sum : nec solum ipse spreverit, sed et aliis exemplo tale quid faciendi fuerit : minima vero hæc præcepta vocavit, partim quidem modestiæ causa, partim vero ne extollerentur qui ea servarent : simul quoque docens nos propria attenuare, quamvis magna sint et excelsa ; talis ergo minimus vocabitur, hoc est, omnium postremus, villissimus, abjectissimus. Quod tantumdem valet ac si diceret, in supplicium projicietur. Regnum autem cælorum hoc in loco secundum suum dicit adventum, in quo rex omnium apparebit.

Vers. 19. *Qui* — *cælorum*. Vide quemadmodum dixerit oportere primum facere, et postea docere : nec solum facere, sed etiam docere. Quemadmodum enim reprehensibile est docere et non facere, ita rursus imperfectum est facere et non docere ; perfecta autem virtus est, ut non soli sibi quispiam utilis sit, sed et aliis. Tu vero nequaquam recte docebis, quæ opere non complesti ; nec facile aliis persuadebis, ut faciant quod ipse non fecisti. Audies enim : *Medice, cura teipsum* <sup>12</sup>.

Vers. 20. *Dico* — *cælorum*. Illi siquidem docent

(vv) *Quamvis* — *excelsa*. Videtur legisse, ant certe ita reddidisse, ac si legcrit, *κὴν μεγάλην ὡσι*, quod mihi valde probatur.

et non faciunt, vitam viventes doctrinæ contrariam : vos autem et docere et facere debetis, ut verbis facta concordent. Aut etiam aliter hoc intelliges : Illi quidem peccatorum fines observant : vos autem principia quoque observare debetis. Scribas namque et Phariseos hic recte operantes, et non transgredientes accipito. Justitiam vero simpliciter dixit omnem virtutem.

Considera autem quomodo et per præsentia verba, et per ea quæ superius dicta sunt, non calumniatur legem veterem, sed ipsam potius au-geat. Verum si illa irreprehensibilis est, cur salvos non facit illos qui ipsam servant? Usque ad Christi quidem adventum salvos eos faciebat, qui gn-aviter ipsam custodiebant : postea vero cum infantia in virilem jam profecerit ætatem, et copiosa gratia hominibus data sit, maximaque proposita sint præmia pro honorum retributione operum (neque enim amplius possessio terræ promittitur, aut bonorum terrenorum, neque prolis fecunditas, aut longa vita seu victoria de inimicis, sed cæli hæreditas, bonorumque cœlestium, et Dei adoptatio, ac fraternitas cum Unigenito ejus, victoria quoque contra dæmones, et perpetui regni communicatio) : merito sane magna exiguntur certamina ab omnibus qui hujusmodi præmia forte sunt accepturi ; et his certaminibus supposita sunt Christi præcepta (xx), qui prædicta promisit præmia : magnitudinem enim laborum ad magnitudinem opposuit (yy) præ-miorum.

Vers. 21. *Auditis* — V. 22. *judicio*. † In libro Exodi dicitur : *Non occides* 99 ; et post multa : *Si quis aliquem percusserit, morte moriatur*, 100 etc.

Postquam corda ipsorum beatitudinibus premollivit, et ad virtutem exacuit, majora deinceps addit præcepta. Incipit autem ab affectibus, qui naturaliores sunt, puta ira et concupiscentia. Et primum de ira disserit, deinde etiam de concupiscentia tractat.

Dignum est autem ut inquiramus, quare non ab eo incepit quod in lege primum erat positum præceptum. Quia cum illud de divinitate loqueretur, oportebat quidem illud etiam complere, et aliquid de sui ipsius dignitate manifeste addere. Nondum autem tempus erat. Etenim si etiam post doctrinam atque signa dæmonium dicebant eum habere, cum tamen nihil de ipsa manifeste diceret : quid, obse-cro, non dixissent atque fecissent, si ante hæc om-

A ἄλλὰ μόνον διδάσκουσιν, ἠσπιθηγγόμενον τῆ διδάσκαλιᾷ τὸν βίον ἔχοντες· ὑμεῖς δὲ καὶ ποιεῖν, καὶ διδάσκειν ὀφείλετε. ἵνα συναΐδωσι τὰ ἔργα τοῖς λόγοις. Ἡ καὶ ἐτέρως τοῦτο νοήσεις, ὅτι Ἐκεῖνοι μὲν τὰ τέλη τῶν ἁμαρτημάτων φυλάττουσιν· ὑμεῖς δὲ καὶ τὰς ἀρχὰς φυλάττειν ὀφείλετε, ἕως Γράμματαις καὶ Φαρισαίοις ἑνταῦθα τοὺς κατορθοῦντας, καὶ οὐ τοὺς παρανομοῦντας λάβοις. Δικαιοσύνην δὲ εἶπεν ἀπλῶς πᾶσαν ἀρετὴν.

Ὅρα δὲ, ὅπως καὶ διὰ τῶν παρόντων ῥημάτων, καὶ διὰ τῶν ἀνωτέρω εἰρημένων, οὐ διαβαλλεῖ τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν, ἀλλ' ἐπιτείνει μᾶλλον αὐτήν. Καὶ εἰ ἀδιάβλητος ἐστὶ, διατὶ οὐ σώζει τοὺς μεταρ-χομένους αὐτήν ; Μέχρι μὲν τῆς τοῦ Χριστοῦ πα-ρουσίας ἔσωζε τοὺς ἁριβεῖς φύλακας αὐτῆς, μετὰ τοῦτο δὲ, τῆς νεπιότητος εἰς ἀνδρότητα προκοφίσεως, καὶ πολλῆς χάριτος δοθείσης τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μελίστων ἐπάθλων προτεθέντων εἰς ἀμοιβὴν τῶν κατορθωμάτων· οὐκέτι γὰρ κληρονομία γῆς, καὶ τῶν ἐκ γῆς ἀγαθῶν, οὐδὲ πολυκαιρία, καὶ γῆρας, καὶ νεκία κατ' ἐχθρῶν, ἀλλ' οὐρανοῦ κληρονομία καὶ τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν, καὶ υἰοθεσία Θεοῦ, καὶ ἀδελφότης πρὸς τὸν Μονογενῆ, καὶ νεκία κατὰ δαιμόνια, καὶ κοινωνία βασιλείας ἀτελευτήτου· εἰκότως καὶ μεγί-λους ἀγῶνας ἀπαιτοῦνται πάντες εἰ τῶν τοιούτων ἐπάθλων τυχεῖν μίλλοντες, καὶ οἷους ὑποτίθενται αἱ ἐντολαὶ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ καὶ τὰ θλασθέντα ἑπαθλα ἐπαγγελαμένου. Τὰ γὰρ μεγάθη τῶν ἀγῶ-νων, πρὸς τὰ μεγάθη τῶν ἐπάθλων ἐνομοθέτησεν.

C Ἰκούσατε — χρίσει. [Τῆς (55) βίβλου τῆς Ἐξόθου· Οὐ φονεύσεις. Καὶ μετὰ πολλά· Ἐάν πατάξῃ τίς τινα, θανάτω θανατούσθω, καὶ τὰ ἐξῆς. ]

Προσαλίνας τὰς καρδίας αὐτῶν ἐν τοῖς μακα-ρισμοῖς, καὶ παραθήξας εἰς ἀρετὴν, ἀπεται λοιπὸν καὶ μετίζων ἐντολῶν. Ἀπὸ τῶν φυσικωτέρων δὲ ἀρχεται παθῶν, θυμοῦ λέγω καὶ ἐπιθυμίας. Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ θυμοῦ διαλέγεται, εἴτα δια-λαμβάνει καὶ περὶ τῆς ἐπιθυμίας.

Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, διατὶ μὴ ἤρξατο ἀπὸ τῆς ἐν τῷ νόμῳ πρώτης κειμένης ἐντολῆς. Διότι, περὶ τῆς θεό-τητος οὖσαν, ἴδει καὶ αὐτὴν ἀναπληρῶσαι, καὶ προσ-θεῖναι (56) φανερώς περὶ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος. Οὕτω δὲ καιρὸς ἦν. Εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὴν διδασκαλίαν καὶ τὰ σημεῖα, δαιμονῶντα αὐτὸν ἐκάθων, καίτοι μεδὲν περὶ αὐτῆς φανερόν εἰπόντα· τί οὐκ ἂν καὶ εἶπεν, καὶ ἐποίησεν, εἰ πρὸ τούτων ἀπάντων ἐπεχειρήσῃ τι τοιοῦτον φθίγξασθαι ; Καὶ διατὶ μὴ φανερώς ἔλεγεν,

99 Exod. xx, 13. 100 Exod. xxi, 12.

### Variæ lectiones et notæ.

(53) Inclusa in margine habet codex uterque.

(56) προσθέθαι. A.

(xx) *Et his... præcepta*, Et cujusmodi (certamina) præcipiunt mandata Christi. Est uberior explicatio τοῦ μεγάλους ἀγῶνας.

(yy) *Opposuit*. Pro magnitudine jussit, consti-tuit.

ἐτι Θεός ἐστι; Διότι θορυβεῖν ἔμελλε τοὺς ἀκρα-  
ταίς. Εἰ γὰρ οἱ μαθηταί, συνόντες αὐτῷ, καὶ καθεκά-  
στην διδασκόμενοι, καὶ θαυματουργοῦντα βλέποντες,  
καὶ τῶν ἀπορρήτων κοινωνοῦντες, καὶ δύναμιν παρ'  
αὐτοῦ τοσαύτην λαβόντες, ὡς καὶ νεκροῦ (57)  
ἀνίστην, οὐκ ἠδύναστο πάντα βαστάζειν πρὸ τῆς  
ἐπιδημίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος· πῶς δῆμος ἀσύν-  
τος, καὶ τοσαύτης ἀρετῆς ἀπολιμπανόμενος, ἔμελλε  
μὴ παραχθῆναι, καὶ μὴ μάλιστα νομίσει τοῦτον  
ἐπίθεον, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν ἀναισχύντως  
σφραττίζομενον; Διὰ τοῦτο σοφῶς (58) τι καὶ οἰκο-  
νομικῶς, ποτὶ μὲν, θεοπραπεῖς ἐργαζόμενος παρα-  
δεξοποιίας, ταύτας ἀφήσει κηρύττειν, ὅτι Θεός ἐστι·  
ποτὶ δὲ, παρακαρινᾶ καὶ ῥήματα τοῖς λόγοις, ἔμ-  
φαντικά τῆς αὐτοῦ θεότητος· ἐκ τοῦ φανεροῦ δὲ,  
καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ταπεινὰ περὶ ἑαυτοῦ φητέ-  
γεται, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκρατῶν. Ἐγίνωσκε  
γάρ, ὅτι τὰ ἔργα τοῦτον (59) φανερώσουσιν, ἃ οὐ-  
δαίς ἄλλος ἐποίησεν. Ἀλαζονικῶν γάρ, τὸ περὶ ἑαυτοῦ  
τυχεῖν μεγαλὰ λέγειν, καὶ ὑποπτον.

A nia tale quippiam loqui tentasset? Cur autem  
manifeste non dixit se Deum esse? Quia ex hoc  
turbandi erant auditores. Si enim discipuli ipsum  
cognoscentes, et ab eo quotidie edocti, videntes  
quoque mirabilia operantem, ac rebus ineffabilibus  
communicantes, tanta etiam ab eo accepta virtute,  
ut et mortuos suscitarent, nequaquam tamen  
priusquam Spiritus sanctus adveniret, omnia ferre  
poterant: quomodo populus insipiens, tantæque ex-  
pers virtutis, poterat non turbari, aut non putare  
sibi magis esse Deo contrarium, ejusque honorem  
sibi impudenter vindicare? Ideo sapienter ac  
dispensatorio modo, quandoque Deo proprias et  
admirabiles actiones operatur, hisque relinquit  
(xz) ut se Deum esse prædicent: quandoque  
vero doctrinæ suæ verba admiscet, quæ suam indi-  
cent divinitatem. Manifeste autem et ut plurimum  
humilia de seipso loquitur propter auditorum im-  
becillitatem; sciebat enim quod postmodum sua  
ipsum manifestarent opera, qualia nullus alius fe-  
cerat. Arrogantis enim est, nec suspicione caret,  
magna quædam de seipso dicere.

Ἄλλ' ἐπὶ τὸ (60) προκαίμενον ἐπὶ ἀνελθόντες, θεα-  
σώμεθα, πῶς οὐ καταλύει τὸν νόμον, ἀλλὰ μάλλον  
ἐκπληροῖ, ὡς ἕλληπῶς ἔχοντα. Φησὶ γάρ, ὅτι Ἐγέχθη  
παρὰ τοῦ νομοθέτου πρὸς τοὺς ἀρχαίους Ἑβραίους,  
ὅτι Οὐ φονεύσεις ὁμόφυλον, ὃ ἄνθρωπε· ὅς δ' ἐν  
φρεσίν, ὑπεύθυνος ἔσται τῇ κατακρίσει, εἰς τὸ  
δοῦναι δίκην ἀξίαν τοῦ φόνου· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν,  
ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ μάτην,  
κακίως (ταῦτα γὰρ δηλοῖ τὸ εἰκῆ), ἔνοχος ἔσται τῇ  
κατακρίσει. Προσθεῖς δὲ τὸ εἰκῆ, οὐκ ἀνεῖλε παντά-  
κραι τὴν ὀργήν, ἀλλὰ μόνην τὴν ἀκαιρον ἐξέβαλεν.  
Ἢ γὰρ εὐκαιρος, ὠφέλιμος. Ἔστι δὲ εὐκαιρος ὀργὴ  
ἢ γινομένη κατὰ τῶν πολιτευομένων ἐναντίως τῶν  
ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, ὅταν μὴ πρὸς ἐκδίκησιν ἡμετέρων,  
ἀλλὰ πρὸς ὠφέλειαν τῶν κακῶς βιοῦντων ἐξ ἀγάπης  
καὶ φιλαδελφίας ὀργιζώμεθα, μετὰ τῆς προσηκούσης  
εὐσεμοσύνης. Ὁργίσεσθε γάρ, φησὶ, καὶ μὴ ἀμαρ-  
τώπι, τουτέστι, Μὴ (61) ἐν τῷ ὀργίζεσθαι πταίετε,  
κακῶς χρώμενοι τῇ ὀργῇ. Ἀδελφοὺς δὲ ἡμᾶς ἀλλή-  
λων ἐκλίπετε, ὡς τὸν αὐτὸν ἔχοντας Θεόν, καὶ τὸν  
αὐτὸν προπάτορα, καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν, καὶ τὴν  
αὐτὴν πίστιν, καὶ τὰς αὐτὰς ἐντολάς, καὶ τὰς αὐτὰς  
ἐπιγγαλίαις τῶν ἐπάθλων (62). Εἶδες τί προσέταξε.  
Τοῦ φόνου τὴν ρίζαν ἐξέκοψεν. Ὁ γὰρ μὴ οὕτως  
ὀργιζόμενος, οὐχ ἤξει ποτὲ πρὸς φόνον, ὡσπερ οὐδ' ὁ  
ρίζαν ἐκκόπτων, ἔσσει κλάδον φύναι ποτε.

Sed ad propositum redeuntēs, videamus quo-  
modo legem non solvat, sed compleat potius tan-  
quam imperfectam. Ait enim: Dictum est a legisla-  
tore veteribus Hebræis: Non occides, o homo, alte-  
rum tui generis. Quicumque autem occiderit, obno-  
xius erit condemnationi, ut pœnam cædi convenien-  
tem luat. Ego autem dico vobis, quod omnis qui iras-  
citur fratri suo incassum, nec congruo tempore  
(hæc enim indicat dictio εἰκῆ, quam nos temere ver-  
timus) obnoxius erit condemnationi. Addens au-  
tem temere, non omnimodam abstulit iram, sed  
intempestivam tantum abjecit: quæ enim op-  
portuna est, utilis est. Dicitur autem ira opportuna  
quæ sumitur adversus eos qui contra Dei præcepta  
vivunt: quando non ad vindicandum nos, sed  
ad utilitatem eorum qui male vivunt, ex dilectione  
et amore fraterno irascimur, cum congrua hone-  
state. Irascimini enim, inquit, et nolite peccare<sup>65</sup>,  
hoc est, Ne in irascendo erretis, ira male uten-  
tes. Nos quoque fratres inter nos invicem vocavit,  
utpote eumdem habentes Deum, eumdemque pri-  
mum parentem, eandem naturam, et eandem promissa præ-  
miorum. Vide autem quid addiderit. Radicem sane  
cædis incidit: qui enim ita non irascitur, nunquam  
ad cædem perveniet: sicut neque is qui radicem  
amputat, ramum unquam germinare sinet.

<sup>65</sup> Psal. 17, 15.

#### Variæ lectiones et notæ.

(57) Referuntur hæc ad Matth. x, 8, ubi nonnulli  
legunt νεκροῦς ἐγείρει. Sed ista lectio invecta est  
a Chrysostomo, vel ante eum ab Origene.  
(58) σαφῶς. B.

(59) αὐτόν malim, uti Hentenius videtur legisse.

(60) ἐπὶ δὲ τό. A.

(61) μὴ, omittit C.

(62) ἀθλων. B.

(xz) Hasque relinquit. Hisque relinquit, hisque concedit et permittit.

Vers. 22. *Quicumque — consilio.* Superius quidem A eum, qui tantum irascebatur condemnavit: hic autem eum, qui ad verba usque procedit. *Raca* autem vox est Hebraica, idem significans quod tu. Cum enim irascitur quispiam in alterum, ex nomine ipsum nolens appellare, quasi nomine indignum, loco nominis ponit, *tu*, in signum iræ et abominationis. Hunc autem condemnavit, velut communem naturam abominantem: et seniorum populi consilio, reum ipsum constituit, ut ab eis objurgetur.

Vers. 22. *Quicumque — ignis.* Hunc magis condemnavit, utpote auferentem a fratre mentem, qua ab irrationalibus distamus: vel potius tanquam injuriosum contra fidem. Si enim fidelis frater fatuus est, ut ille dicit, fatua est fides ejus.

Hic autem primum manifestatur nomen gehennæ ignis. Hanc vero gehennam vocari dicunt quidam, quasi semper *γεννώσων*, id est, generantem ignem. Alii vero Hebraicum nomen dicunt, hujusmodi supplicium significans. Si igitur has quæ a nobis leves judicantur, injurias ita punivit, qua condemnatione digni sumus, qui graves contra fratres incessanter effundimus? Eas itaque quæ leves videntur, propter graves punivit, ut illas timendas judicantes, ducamus has formidabiliores; tum etiam quia iratos non magnæ solum injuriæ, sed et parvæ frequenter ad cædes provocant, iram ad scintillæ modum accendentes.

Vers. 23. *Si — V. 24. Munus tuum.* Omnia quæ superius dixit, et quæ nunc dicit, quæque postea dicturus est, de dilectione sunt, quam frequenter ponit, ac diversimode laudat, sicut in progressu sæpius inveniemus. Cum enim esset Deus, nostri amore homo factus est, omniaque passus, ut et nos Deum, ac nos invicem amaremus, et per dilectionem nobis mutuo colligaremur, unumque corpus efficeremur, caput habentes Christum. Ideoque pugnæ nervos præcidentes, quæ dilectionem corrumpunt, aufert. Considera ergo amoris erga homines magnitudinem. Despiciat honorem, qui sibi exhibetur præ amore erga fratrem, tantum non dicens: Auferatur servitus mea, ut tu fratri reconcilieris; nam sacrificium etiam est erga fratrem reconciliatio, neque illam absque hac suscipit.

Restat igitur, ut sive laudes Deo reddas, sive orationem (siquidem etiam hæc sacrificia sunt), sive aliud quodcumque, ne proferas illa, fratri tuo irreconciliatus, sciens quod nihil horum sit suscepturus, nisi prius reconcilieris. Fertur autem indifferenter sermo, et ad eum qui affectus est in injuria, et ad eum qui injuriam irrogavit. Et si quidem male passus es, injuriam illi remitte, et patiens esto; quod si injuriam irrogasti, medere injuriæ, nihilque

Ὅς — συνεδριῶ. Ἀνωτέρω μὲν τὸν ψιλῶς ὀργιζόμενον κατέκρινεν· ἐνταῦθα δὲ, τὸν καὶ μέχρι λόγου προϊόντα. Τὸ *ρακά* δὲ, Ἑβραϊκῆ ἐστὶ φωνή, δηλοῦσα τὸ, σὺ. Ἐπεὶ γὰρ ὀργιζόμενος τις κατὰ τινος οὐκ ἀξίος καλεῖσθαι τούτου ἐξ ὀνόματος, ὡς ἀνάξιον ὀνόματος· ἐντὶ ὀνόματος δὲ τὸ σὺ τίθησιν, εἰς ἐπιειγμὰ τῆς ὀργῆς καὶ βδελύξεως· κατέκρινεν καὶ τούτου, ὡς τὴν κοινὴν φύσιν βδελυσσόμενον, καὶ ἔνοχον αὐτὸν τῷ συνεδριῶ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ καοῦ κατέστησεν, εἰς τὸ παρ' αὐτῶν ἐπιτιμηθῆναι.

Ὅς — πυρός. Τοῦτον μεγάλως κατέκρινεν, ὡς ἀφαιρούμενον ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν φρόνησιν, καθ' ἣν τῶν ἀλόγων διαφέρομεν, ἢ μᾶλλον, ὡς εἰς τὴν πίστιν ὑβρίζοντα. Εἰ γὰρ ὁ πιστὸς ἀδελφὸς μωρὸς ἐστίν, ὡς οὗτός φησι, μωρὰ καὶ ἡ πίστις αὐτοῦ.

Ἐνταῦθα δὲ πρῶτον ἐξέφηνε τὸ ὄνομα τῆς γενένης τοῦ πυρός. Γένεταν δὲ καλεῖσθαι ταύτην φασίν, οἱ μὲν, ὡς αἱ γεννώσων τὸ πῦρ· οἱ δὲ Ἑβραϊκὸν ὄνομα τοῦτο λέγουσι, δηλοῦν τὴν τοιαύτην κόλασιν. Εἰ τοίνυν τὰς δοκούσας παρ' ἡμῖν ἐλαφρὰς ὕβρεις οὕτως ἐκόλασε, ποίας ἐσμέν ἀξιοὶ καταδικῆς, οἱ τὰς βαρείας κατὰ τῶν ἀδελφῶν ἀπειθῶς ἐχχίοντες; Ἐκόλασεν οὖν τὰς δοκούσας ἐλαφρὰς, διὰ τὰς βαρείας, ἵνα ταύτας φοβεράς κρινόντες, ἐκείνας φοβερώτερας νομίζωμεν. Ἄλλως τε καὶ, διότι τοῖς ὀργιζομένοις οὐ μόνον αἱ μεγάλαι ὕβρεις, ἀλλὰ καὶ αἱ μικραὶ (63) φόνους ἐξαρτῶσιν, πολλάκις, δίκην σπινθήρος ἐξάπτουσαι τὴν ὀργὴν.

Ἐάν — δάρῶν σου. Πάντα, ὅσα τε ἀνωτέρω εἶπε, καὶ ὅσα νῦν λέγει, καὶ ὅσα μετὰ τοῦτο εἶπεί, ὑπὲρ ἀγάπης εἰσιν, ἣν μάλιστα περὶ πολλοῦ τίθηται, καὶ διαφερόντως ἐπαινεῖ, ὡς ἐν πολλοῖς προβαίνοντες εὐρήσομεν. Θεὸς γὰρ ὢν, ἀγαπῶν ἡμᾶς, ἐνηθρώπησε, καὶ πάντα πέπονθεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν τε καὶ ἑαυτοὺς ἀγαπῶμεν, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης συνδεδωμένοι ἀλλήλοις, καὶ γενώμεθα ἐν σώμα, κεφαλὴν ἔχοντες αὐτὸν τὸν Χριστόν. Διὸ καὶ πρῶτον τὰ νεῦρα τῆς μάχης ὑποτίμωμεν, τὰ λυμαντικὰ τῆς ἀγάπης ἀπέλαυνε. Καὶ ὄρα φιλανθρωπίαν ὑπερβολὴν. Καταφρονεῖ τῆς εἰς αὐτὸν τιμῆς, ὑπὲρ τῆς εἰς ἀδελφὸν ἀγάπης, μονουουχί λέγων· Ἐγκοπτέσθω ἡ ἐμὴ λατρεία, ἵνα οὐ διαλλαγῆς πρὸς τὸν ἀδελφόν σου. Καὶ γὰρ θυσία ἐστὶ καὶ ἡ πρὸς τὸν ἀδελφὸν καταλλαγὴ, καὶ χωρὶς ταύτης οὐδὲ ἐκεῖνον προσδέχεται.

Λοιπὸν οὖν, κἂν ἕμνον προσάγῃς Θεῷ, κἂν εὐχῆν, καὶ ταῦτα γὰρ θυσία ἐστὶ· κἂν οἷου ἕτερον, μὴ ἀκατάλακτος ταῦτα προσάγῃς, εἰδὼς, ὅτι οὐδὲν προσδέχεται τούτων, εἰ μὴ πρῶτον διαλλαγῆς. Ἀδιορίστως δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀδικήσαντα ὁ λόγος, καὶ πρὸς τὸν κακῶς πεπονθότα. Καὶ εἰ μὲν κακῶς πέπονθας, ἀφες αὐτῷ τὴν ἀδικίαν, καὶ συγγνωμόνησον· εἰ δὲ ἠδίκησας, θεράπευσον τὴν ἀδικίαν, καὶ (64) μηδὲν ἐλλείψῃς, ὅσα πρὸς καταλλαγὴν φέρουσιν.

### Variæ lectiones et notæ.

(63) *μικραὶ* non recte opponitur τῷ *μεγάλαι*. Hentenius *parvæ*. Forte ergo legit *μικραὶ*

(64) Negligentius hæc scripta sunt, θεράπευσον μηδὲν ἐλλείψῃς, ὅσα.



Ἐδίδαξε τοίνυν, ὅτι οὐ ἡ θυσία δι' ἔχθραν ἀπρόσδεκτος, τούτου καὶ ὁ βίος ἅπας βδελυκτός ἐστι τῷ Θεῷ.

Ἴσθι — κοδράνταν. [Ἀντίδικόν (65) τινες τὸ συνειδὼς λέγουσι, ὡς ἰστικείμενον ἀπὸ τῷ πονηρῷ θελήματι, καὶ κατηγοροῦν τοῦ ποιοῦντος τὸ κακόν· ὁδὸν δὲ, τὸν παρόντα βίον, ᾧ χρὴ εὐνοεῖν (66) ἡγούν κείσθαι, τὰ μὲν καλὰ ἐπιτρέποντι, (67) τῶν δὲ κακῶν ἀποτρέποντι.]

Ὡσπερ εἴθε προτρέπειν εἰς ἀρετὴν, οὐ μόνον ἐκ τῶν μελλόντων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων, καθὼς ἐν τοῖς Μακαρισμοῖς εἰρήκαμεν· οὕτω πάλιν εἴθε ἀποτρέπειν τῆς κακίας, οὐ μόνον ἀπὸ τῶν μελλόντων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων. Ἀποτρέψας γὰρ τῆς ἔχθρας, διὰ τῆς μελλούσης γενένης, νῦν ἀποτρέπει ταύτης καὶ φοβεί, καὶ διὰ τοῦ παρόντος κριτοῦ, καὶ τῶν καθεικάστων γινόμενων. Φησὶν οὖν, ἴσθι καὶ ἰάν (68) εἰς δικαστήριον ἐλκυσθῆς, ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀκτιδίῳ σου, τουτέστι, γένου εὐνοῦς αὐτῷ καὶ φίλος, ἐν ὅσῳ τυγχάνεις ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, τῇ πρὸς τὸν δικαστὴν φερούσῃ, ὅ ἐστι, πρὸ τοῦ ἰθιῖν εἰς τὸν δικαστὴν. Ἐξέστι γὰρ σοι τνηκαῦτα καταλιπαῖναι, χρήματα καταβαλλόμενα, ἅπερ ὁ Λουκᾶς (69) ἐργασίαν ἐκάλεσεν, ὡς ἐργαζόμενα, ὃ βουλόμεθα, καὶ ἄνουντα τὸ σπουδαζόμενον. Κρείσσον γὰρ ζημιωθῆναι, ἢ δικασθῆναι. Ζημιωθείς μὲν γὰρ διὰ τὴν ἀγάπην, τρία κερδανεῖς καλλιστα, τὸ μὴ ἐβληθῆναι τῇ φυλακῇ (70), τὸ μὴ ζημιωθῆναι τὰ ἔσχατα, καὶ τὸ καταλλαγῆναι τῷ ἔχθρῳ. Δικασθεὶς δὲ, τρία τούνοσιον ὑποστήσῃ τὰ κακίστα (71), τὸ ἐβληθῆναι τῇ φυλακῇ, τὸ ἀποδοῦναι τὸν ἔσχατον κοδράντην· ὅστις ἔσχατον λεπτόν εἶπεν ὁ Λουκᾶς, τουτέστι καὶ τὸ λεπτότατον εἶδος, ὃν δοῦναι κατεδικάσθη· καὶ τρίτον, τὸ μὴ οὕτω καταλλαγῆναι. Εἰκὸς γὰρ, τὸν ἰστικεῖσθαι ὡς ἀποσθῆποτε περιγενομένου σου. Εἰσὶ δὲ τινες ἀπρωγικῶς ἐρμηνεύοντες τὰ ῥηθέντα, ὅπερ ὁ Χρυσόστομος (72) ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἀπεδέξατο· quantumcunque te vicerit (a). Sunt autem quidam, qui ea quæ dicta sunt, anagogice interpretantur, quod Chrysostomus ad præsens non recipit.

Ἐκούσατε — ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Καὶ ἐν τῷ νομῷ μετὰ τὸ, Οὐ φονεύσεις, τὸ Οὐ μοιχεύσεις· κείται. Λοιπὸν οὖν ἀπαρτίσας τὴν προτέραν ἐντολὴν, καὶ ἐπὶ τὴν μετ' ἐκείνην πρόσσει, καὶ τὸν θυμὸν ρυθμισας, παιδαγωγεῖ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν. Ὡσπερ δὲ ἐπὶ τῆς προτέρας ἐντολῆς, προσθεῖς τὸ εἰχρ, δέιστε

A relinquas eorum quæ ad reconciliationem faciunt. Docuit igitur, quod cuius sacrificium propter inimitiam non suscipitur, hujus quoque vita omnis Deo est abominabilis.

Vers. 25. Esto — V. 26. quadrantem. † Adversarium quidam conscientiam dicunt, quasi male voluntati semper oppositam et accusantem eum, qui male operatur; viam autem, præsentem vitam in qua benevolum esse oportet sive obedientem, honesta concedenti, et a malis deterrenti.

Quemadmodum ad virtutem exhortari solet, non solum per ea quæ futura sunt, sed etiam per præsentia, sicut in Beatitudinibus diximus: ita rursus a malo solet avertere, non per futura solum, sed etiam per præsentia. Postquam enim ab odio revocavit per futuram gehennam: nunc idem dissuadet et territat per præsentem judicem, et ea quæ quotidie accidunt. Dicit ergo: Si etiam ad tribunal traharis, esto benevolus erga adversarium tuum, hoc est, fias ipsi amicus, quandocunque cum ipso fueris in via, quæ te ducit ad judicem: priusquam vide licet ad judicem venias, tunc enim tibi licet reconciliari exsolvendo pecunias, quas Lucas ἐργασίαν, id est, operam dixit 66, quia operantur quæ volumus, ac perficiunt quod optamus. (Nam et ἐργασία ab ἐργάζομαι dicitur, sicut opera ab operando.) Melius est enim debitum sive multam exsolvere, quam iudicio contendere; multatus enim tria maxima referes commoda: puta, in carcerem non projicieris, nec ad ultimum pœnæ aut multæ exactio a te fiet, et inimico reconciliaberis. Iudicio autem contendens, tria diverso pessima sustinebis incommoda: videlicet, in carcerem projicieris, ac novissimum perdes quadrantem, quem Lucas postremum minutum dixit 67, hoc est, minutissimum genus eorum ad quæ solvenda fueris condemnatus: et tertium, quod nec ita reconciliaberis. Verisimile est enim adversarium permanere, qui ea quæ dicta sunt, anagogice interpretantur,

Vers. 27. Audistis. — V. 28. in corde suo. In lege quoque postquam dictum est: Non occides, ponitur etiam: Non committes adulterium. Restat igitur ut postquam prius explevit præceptum, transeat ad sequens; et postquam iram correxit, etiam concupiscentiam moderetur. Sicut autem in priori

66 Luc. xii, 58. 67 ibid. 59.

Variae lectiones et notæ.

(65) Inclusa, in margine habet Codex uterque. (66) εὐνοεῖν B. (67) Ita quoque Hentenius reperit. Reddidit enim concedentis. Hoc ideo monui, ne quis proτρέπειν ἐπὶ τὰ καλὰ conjiceret. Ἐπιτρέπειν alibi etiam habet pro suadere, jubere. (a) Verisimile — vicerit. Hentenius ita reddidit, ac si repererit, εἰκὸς γὰρ ἀντίδικον διαμένειν καὶ ἐκασθῆποτε περιγενομένον σου. Quod etsi non

(68) ἴσθι καὶ A. (69) ὁ Λουκᾶς, omittit A. (70) In textu βληθῆναι εἰς φυλακὴν. Certe ἐβληθῆναι legendum, ut in ox. (71) ὑποστήσῃ κακὰ A. (72) Tom. VII, p. 219 C.

ineptum est, tamen nulla adest causa idonea cur lectio meorum codicum sollicitetur.

præcepto addens, *temere*, distinxit iram opportunam ab intempestiva; ita et in præsentia addens, *ad concupiscendum*, distinxit aspectum sine affectu, ab eo qui vitio afficitur. Neque enim simpliciter dixit, *qui videt*: sed, *qui videt ad concupiscendum*, hoc est *qui* curiose videt, et cum animi ægritudine, quasi coitum concupiscendo: talis enim jam cor suum animi affectione implevit, ideoque voluntate adulterium commisit. Vel, qui ad hoc videt ut concupiscat. Iste nempe affectionum perturbationem quæsit, et ad concupiscentiam transfugit, ac seipsum animi perturbationi tradidit. Quodsi corpore alterius uxorem non tetigit, at saltem voluntate. Qui autem in transitu videt, aut alia quapiam necessitate, crimine vacat. Mulierem vero dixit, sive viro conjunctam, sive ab eo solutam, sive virginem.

Scire autem oportet hujusmodi præcepta, etsi ad viros dirigi videntur, mulieres quoque respicere. Siquidem vir caput est mulieris<sup>88</sup>, caput autem et membra unita sunt. Prohibuit ergo aspectum curiosum; a tali enim affectio ad cor defluit: quod ubi ægrotat, incendit et corpus ad coitum. Itaque radicem abscidit, ne producto ramo fructum quoque proferat.

Vers. 29. *Si* — 30. Vers. *gehennam*, Non de corporis membris loquitur; illa enim culpa vacant. Nam corporis membra ab anima ducuntur, et quocunque illa jusserit moventur. Sed dextrum quidem oculum vocat idoneum amicum, qui instar oculi amatur: manum autem dextram, ministrum commodum, qui in modum manus utilis est, sive viri sint, sive mulieres. Dicit igitur: Si hi tibi fuerint offendiculo, aliquam afferentes mentis perturbationem, nec eis parcas, sed amputa ipsos omniquæ adversus te est affectione, et projice abs te. Neque dixit, *Percute*, sed *Amputa*, manifestans omnimodam separationem. Dicens quoque: *Amputa*, non ibi permansit; sed ulterius sermonem extendit, addens: *Et projice abs te*, ne in proximo remanens fiat rursus familiaris. Quia autem rem præceperat, lucrum in posterum demonstravit ab eo quod utile est.

Vers. 31. *Dictum est autem* — V. 32. *adulterium committit*. Ecce et aliud adulterii genus demonstrat. Jubebat enim lex vetus, ut quomocunque odisset quisquam uxorem propriam, ne eam retineret, sed dato ipsi libello repudii, dimitteret. Jubebat autem abjicere sive repudiare, ne occiderent eam; ægre enim reconciliabantur Judæi, non modo erga uxores, sed etiam erga filios. Unde et Christus quadragesimo capite dixit eos: *Moses propter duritiam cordis vestri permisit vobis repudiare uxores vestras*<sup>89</sup>. Jussit autem dare libellum repudii, ne postea alteri jam nuptam viro, posset

<sup>88</sup> Ephes. v, 23. <sup>89</sup> Matth. xix, 8.

A τὴν εὐκαιρὸν ὄργην ἐπὶ τῆς ἀκαίρου· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης, τὸ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι προσθεῖς, διάστειλε τὴν ἀπαθῆ ὄψιν ἀπὸ τῆς ἐμπαθοῦς. Οὐκ εἶπε γὰρ, ὅτι ὁ βλέπων ἀτιλῶς, ἀλλ' ὁ βλέπων πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, τούτῳ ἐστίν, ὁ βλέπων περιέργως, ὁ βλέπων ἐμπαθῶς, ὥστε ἐπιθυμῆσαι συνουσίας. Ὁ τοιοῦτος γὰρ ἦδη τοῦ πάθους ἐπέλησε τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ, καὶ λοιπὸν τῇ προαιρέσει ἐμώχθησεν. Ἡ, ὁ διὰ τοῦτο βλέπων, ἵνα ἐπιθυμῆσῃ. Ὁ τοιοῦτος γὰρ ἐζήτησε τὸ πάθος, καὶ ἠυτομόλησε πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ προδίδωκεν ἑαυτὸν τῷ πάθει, καὶ οὐ καὶ μὴ τῷ σώματι ἤψατο τῆς γυναίκος, ἀλλὰ γε τῇ προαιρέσει. Ὁ δὲ κατὰ πάροδον βλέπων, ἢ κατὰ τινὰ χρεῖαν ἄλλην, ἀνέγκλητος. Γυναίκα δὲ νῦν λέγει, καὶ τὴν ἐξευγμένην ἀνδρὶ, καὶ τὴν ἀπολελυμένην, καὶ τὴν

B παρθένον.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὰ τοιαῦτα παραγγέλματα, εἰ καὶ πρὸς ἀνδρας ἀποτεινέσθαι δοκοῦσιν, ἀλλὰ γε καὶ πρὸς γυναίκας ὁρῶσιν. Ὁ γὰρ ἀνὴρ κεφαλὴ τῆς γυναίκος ἐστὶ· τῇ δὲ κεφαλῇ καὶ τὰ μέλη ἠνωῦνται. Ἐκόλασε τοίνυν τὴν περιέργον θέαν, διότι ἐκ ταύτης καταρρέει πάθος ἐπὶ τὴν καρδίαν· αὕτη δὲ παθούσα, παροξύνει τὸ σῶμα πρὸς συνουσίαν. Προαινέειν οὖν τὴν ῥίζαν, ἵνα μὴ κλάδος φρεῖς ἐνέγκῃ καρπὸν.

Εἰ δὲ — γέννησιν. Οὐ περὶ μελῶν σώματος φησιν· ἀνέγκλητα γὰρ τὰ μέλη τοῦ σώματος· ὑπὸ γὰρ τῆς ψυχῆς ἄγονται, καὶ πρὸς ὃ ἂν αὕτη κελεύσῃ κινούνται· ἄλλ' ὀφθαλμὸν μὲν δεξιὸν καλεῖ τὸν δίκην ὀφθαλμοῦ στεργόμενον δεξιὸν φίλον· χεῖρα δὲ δεξιάν, τὸν δίκην χειρὸς χρησιμεύοντα δεξιὸν ὑπερέταν, καὶ εἴτε ἄνδρες εἴν, εἴτε γυναῖκες. Λέγει τοίνυν, ὅτι Ἐάν οἱ τοιοῦτοι σκανδαλίζωσι σε πρὸς ἐμπαθείαν, μὴδὲ τούτων φείσῃ· ἀλλ' ἔκκοψον αὐτούς τῆς πρὸς σὲ σχέσεως, καὶ ῥίψον πόρρω σου. Καὶ οὐκ εἶπε, Κόψον, ἀλλ', Ἐκκοψον, τὴν παντελῆ διαζευξὴν ἐμφύνας. Καὶ εἰπὼν, Ἐκκοψον, οὐκ ἔστη μέχρι τοῦτου, ἀλλ' ἐπέτεινε τὸν λόγον, προσθεῖς τὸ, Καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ, ἵνα μὴ πλησίον τυγχάνων αὐθις οἰκειωθῇ. Ἐπεὶ δὲ ἀποτόμως ἐκλείουσιν, εἶδειξε λοιπὸν τὸ ἐν-εὐθεν κέρδος, ἀπὸ τοῦ συμφέροντος.

ΚΕΦ. Ν'. Περὶ τῶν ἐπερωτησάντων, εἰ ἔξεστιν ἀπολύσαι  
τὴν γυναῖκα.

Καὶ — αἰτίαν. Πάλιν, ἰδόντες τὰ θαύματα καὶ  
τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ἐξεθριώθησαν καὶ ἐπέμ-  
ψασθαι τοῖς πράγμασι οὐκ ἴσχυον, προσέρχονται  
πειράζοντες ἐν λόγοις, ἵαν ἄρα δυναθῶσιν ἐπιλαβί-  
σθαι αὐτοῦ, καίτοι πολλάκις τοῦτο ποιήσαντες, καὶ  
παντοῦ θαυμασίως ἐπιστοιμισθέντες. Ἄλλ' ἀνά-  
σχυτον ὄντως ὁ φθόνος καὶ ἰταμόν. Ἐρωτῶσιν C  
οὖν, εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολύσαι τὴν γυναῖκα αὐ-  
τοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. Καὶ ὅρα μοι τὴν πανουρ-  
γίαν. Ἐπεὶ γὰρ περὶ τούτου τοῦ ζητήματος προ-  
λαβῶν ἐδίδαξεν ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ, εἰπὼν,  
ὅτι Ὅς ἂν ἀπόλυση τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτός  
λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχεῖσθαι, καὶ τὰ  
ἐξῆς ἐνόμισαν, ὅτι ἐπιλάθετο τῆς τοιαύτης διδα-  
σκαλίας. Διὸ καὶ οὐ λέγουσι, Διὰ τί τότε (85) ἐδίδα-  
ξας; ἄλλ' ὡς μήπω περὶ τούτου διδάξαντα, κακο-  
θῶς ἐρωτῶσιν, ἵνα, εἰ μὲν εἶπη, ὅτι ἔξεστιν, ἀντι-  
θῆσουσιν, ὅτι Καὶ πῶς προλαβῶν ἐδίδαξας, ὅτι οὐκ  
ἔξεστιν; εἰ δὲ εἶπη, ὅτι οὐκ ἔξεστιν, ἀντιθῆσουσιν  
αὐτῷ τὸν νόμον. Ζήτησον δὲ ἐν τῷ δηλωθέντι πέμ-  
πτῳ κεφαλαίῳ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, Ὅς ἂν ἀπόλυση τὴν  
γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτός λόγου πορνείας, ποιεῖ D  
αὐτὴν μοιχεῖσθαι, καὶ μαθήσῃ ῥαδίως ἐκεῖ καὶ τὸν  
νόμον, καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνομοθετήθη. Τί οὖν  
ὁ τὰς πανουργίας καὶ τὰ σοφίσματα τούτων ἀκριβῶς  
ἐπιστάμενος;

Ὁ δὲ — αὐτούς. Ἀυτούς, δηλαδὴ τοὺς ἀνθρώ-  
πους. Τοῦτ' ἔστι μὲν οὖν τὸ ῥητὸν ἐν τῇ βίβλῳ τῆς  
Γενέσεως γέγραπται. Χὺ δὲ θαύμασον τὴν ἡμερό-  
τητα τοῦ Δεσπότου, πῶς, γνοὺς, ὅτι πειράζουσι,  
οὐκ εἶπε, Τί με πειράζετε, ἔπειρ ἐν ἄλλοις εἴρηκε

<sup>81</sup> Matth. v, 32. <sup>82</sup> Gen. ii, 24. <sup>83</sup> Matth. xxii, 18.

#### Variæ lectiones et notæ.

(82) Προσπεχώρησεν. B.

(83) Cum hæc quoque pertineant ad istam παρα-  
βολὴν, malim κατὰ τὸ τέλος. Ita enim loqui solent.  
Sed illud quoque ferendum videbitur. Equidem

nobis supplicantibus remiserat : et postmodum om-  
nium pœnæ a nobis sine ulla compassione expeten-  
tur. Vide enim quæ sequuntur.

Vers. 35. Sic — illorum. Propter hunc sermonem  
totam composuit parabolam, exemplo illum confir-  
mans, quo facilius reciperetur. In principio siqui-  
dem parabolæ seipsum posuit regem ac legislato-  
rem : post finem vero ipsius, Patri ultionis auctori-  
tatem attribuit, ne jactabundus ipse videretur, si-  
mulque ostendens unam utriusque esse auctori-  
tatem. De cordibus vestris autem, hoc est, ex  
corde, et non tantum ab ore.

CAP. XIX. Vers. 1. Et — Jordanem. Venit in ex-  
tremas Judææ partes, quia instabat tempus Passi-  
onis ipsius.

Vers. 2. Et — ibi. Rursum, ut frequenter di-  
ximus, a doctrina transit ad miracula : quandoque  
curans animas, interdum vero corpora, et nihil  
unquam negligens.

CAP. XL. De interrogantibus, utrum licet  
homini divortium facere cum uxore.

Vers. 3. Et — causa ? Rursum, visis miracu-  
lis ac virtute illius, offerati fuerant : et quia facta  
ejus reprehendere non poterant, accedunt tentan-  
tes an in sermonibus eum possent comprehendere :  
cum que id sæpe fecissent, et ubique mirabiliter  
impositum ipsis fuisset silentium, impudens tamen  
ac improba erat eorum invidia. Interrogant ergo,  
si liceat homini divortium facere cum uxore  
sua ex qualibet causa. Et considera mihi astutiam :  
quia enim de hoc quæsito in præcedentibus do-  
cuerat, quinto videlicet capite, dicens : *Quicumque  
repudiaverit uxorem suam excepta causa fornicationis,  
facit eam adulteram esse* <sup>81</sup>, etc., putaverunt  
eum doctrinam illam oblivioni tradidisse. Ideo  
etiam non dicunt. Quare hoc docuisti ? sed quasi  
de hoc nondum docuisset, pravo more suo interro-  
gant ut si licere diceret, opponerent dicentes : Et quo-  
modo in præcedentibus docuerit non licere ? si vero  
diceret non licere, opponerent ipsi legem. Quare  
autem prædicto quinto capite dicti illius enarratio-  
nem : *Quicumque repudiaverit uxorem excepta causa  
fornicationis, facit eam adulteram esse*, ibique et  
legem facile discas et causam ob quam statutum  
erat. Quid ergo Christus qui horum astutias ac dolos  
perfecte noverat ?

Vers. 4. At ille — eos ? Eos videlicet ho-  
mines. Hoc autem verbum in libro Genesis scriptum  
est <sup>82</sup>. Tu vero admirare Domini mansuetudinem,  
quomodo sciens quod eum tentarent, non dixit :  
*Quid me tentatis ?* quod alibi dixit ad eos <sup>83</sup>, ne-

scripsissem ἐπι, aut πρὸς τῷ τέλει.

(84) Interponendum videtur, οὐδέτερον.

(85) Διὰ τί τότε, A.

Vers. 11. *Ille — hujusdicti*. Non omnes suscipiunt A hunc sermonem de non contrahendo matrimonio ; non omnes ferunt. Magna enim res est cœlibatus, nec ab omnibus ferri potest.

Vers. 11. *Sed quibus datum est*. Soli illi sermonem hunc suscipiunt et ferunt, quibus datum est hoc donum a Deo ; datum est autem his qui petiverunt. *Petite enim, ait, et dabitur vobis* 35 ; petentibus, inquam, non simpliciter, sed ferventer et perseveranter : et, ut semel dicam, sicut oportet. Significatum est ergo virginitatem Dei donum esse, datum his qui petunt, ut oportet.

Vers. 12. *Sunt — cœlorum*. Quia de cœlibatu incidit sermo, docet nunc de inuptis ; et tria enumerat genera eunuchorum, quorum primum nullam sustinet calumniam, secundum autem vituperatur, tertium vero laudabile est : eorum videlicet qui seipso castraverunt, ut regnum cœlorum consequerentur, non novacula ferrea exsecantes genitalia, sed continentia insaniam concupiscentiæ amputantes, et amore virginitatis, coitus amorem emarcescere sinentes. Quorum enim naturam manus humana transformavit, ferrumque depravavit, non tantum ob servatam virginitatem laudantur, quantum hi qui veluti libidinis accusati, ultionem susceperunt (*mm*), quæ id etiam vincat, quod a ferro est auxilium.

† Gregorius Theologus : Hi quidem natura inclinantur ad bonum. Cum autem dico naturam, non abjicio voluntatem, sed utrumque pono : et inclinationem ad id quod honestum est, et quæ ad opus bonum ducit naturam. Quibusdam vero a præceptoribus amputantur affectiones, quidam autem per seipso illas amputant, ut qui præceptores non assecuti, seipso docent quæ conveniunt : et radicem vitiorum excidentes, et membra pravitatis exterminantes.

Vers. 12. *Qui — capiat*. Tandem ubi cœlibes laude dignos demonstrasset, et ita talem cœlibatum laudasset, ac eo modo latenter auditores ad virginitatem provocasset ; sciens id magnum esse, et a paucis deligi, relinquit rem in hominum voluntate. Qui potest, inquit, capere hoc, aut pervenire ad hoc, capiat.

Vers. 13. *Tunc — illos*. Infantes dixit Lucas, qui offerebantur in fide parentum 36. Discipuli vero eos increpabant qui offerebant, sicut scripsit Marcus 37, hoc est prohibebant. Verisimile est autem quod et pueros increpabant. Nam et hos et illos, præceptorum honorando, prohibebant.

35 Matth. vii, 7. 36 Luc. xviii, 15. 37 Marc. x, 13.

#### Variae lectiones et notæ.

(91) Ἐνέπεσεν ὁ λόγος B.

(92) Gregor. Nazianz. p. 192, 193. Habet autem

hæc in margine B.

(93) Inclusa absunt A.

(*mm*) *Quantum — susceperunt*. Quantum ob libidinem reprehenduntur, vim ferri (auxilium ferri) uperante etiam intemperantia.

Ο — τὸν λόγον τοῦτον. Οὐ πάντες παραδέχονται τὸν λόγον τοῦτον, τὸν περὶ τοῦ μὴ γάμει οὐ πάντες βαστάζουσι. Μέγα γὰρ ἡ ἀγαμία, καὶ ὀλίγοι φορητόν.

Ἄλλ' οἷς δέδοται. Ἐκεῖνοι μόνον τὸν λόγον τοῦτον παραδέχονται καὶ βαστάζουσι, οἷς δέδοται τοῦτο το δῶρον παρὰ Θεοῦ · δέδοται δὲ αἰτήσασι. Διείπε γὰρ, φησί, καὶ δοθήσεται ὑμῖν · αἰτήσασι δὲ οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ θερμῶς καὶ ἐπιμάνως, καὶ ἀπλῶς εἰπειν, ὡς χρῆ. Σημειῶσαι δὲ, ὅτι Θεοῦ δῶρον ἡ παρθενία, δίδομένη τοῖς αἰτούσιν, ὡς χρῆ.

Εἰσὶ — οὐρανῶν. Ἐπειδὴ περὶ ἀγαμίας ἐνέπεσε λόγος (91), διδάσκει λοιπὸν περὶ τῶν ἀγέμων, καὶ ἀπαριθμεῖται τρία εἶδη τῶν ἐυνούχων, ὡς τὸ πρῶτον μὲν ἀδιάβλητόν ἐστι τὸ δεύτερον δὲ διαβηλημένον · τὸ δὲ τρίτον ἐπαινετόν, οἷτινες ἐυνούχισαν ἑαυτοὺς, ἵνα τύχῃσι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, οὐ ξυρῆ σιδήρου τὰ παιδογόνα μέρη ἐκτεμνόντες, ἀλλὰ ξυρῆ σφωροσύνης τὸν οἴστρου τῆς ἐπιθυμίας ἀποκόψαντες, καὶ ἔρωτι παρθενίας τὸν ἔρωτα τῆς συνουσίας καταμαρῶναντες. Ὡς γὰρ τὴν φύσιν ἀνθρωπίνην μετέπλασε χεῖρ, καὶ σιδήρος παρεχέραξεν, οὐ τοσοῦτον ἀπόδεκτοι παρθεσιόντες, ὅσον κατηγορητοὶ, λαγωεύοντες, ὡς τῆς ἀελασίας νικησάσης καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ σιδήρου βοήθειαν.

[Τοῦ (92) Θεολόγου · Οἱ μὲν ἐκ φύσεως νεύουσι πρὸς τὸ ἀγαθόν · φύσεως δὲ ὅταν εἶπω, οὐκ ἀτεμάξω τὴν προαιρείσειν, ἀλλ' ἀμφοτέρω τήθημι, τὴν γε πρὸς τὸ καλὸν ἐπιτηδεύοντα, καὶ τὴν εἰς ἔργον ἀγνοοῦσαν τὸ ἐκ φύσεως ἐπιτηδεῖον · οἱ δὲ ὑπὸ διδασκαλῶν ἐκτέμνονται τὰ πάθη · οἱ δὲ δι' ἑαυτῶν ἐκτέμνουσι ταῦτα, διδασκαλῶν μὲν οὐκ ἐπιτυχόντες, ἑαυτοὺς δὲ διδάξαντες τὰ προσήκοντα, καὶ τὴν τε βίβαν τῆς κακίας ἐκτεμνόντες, καὶ τὰ ὄργανα τῆς πονηρίας ἐξορῶσαντες.]

Ο — χωρεῖτω. Τελευταῖον, ὑποδείξας τοὺς ἀγέμους τοὺς ἐπαινουμένους, καὶ οὕτως τὴν τοιαύτην ἀγαμίαν ἐπαινίσας, καὶ λεληθότως μὲν τοὺς σαρκοτάς εἰς τὸ παρθεσιῶν οὕτως ἐκκαλεσάμενος · εἰδὼς δὲ μέγα τοῦτο καὶ ὀλίγοις αἰρετόν, καταλειπῶν τὸ πρᾶγμα τῇ προαιρείσει τῶν ἀνθρώπων. Ὁ Ἰνῆμνος γὰρ, φησί, χωρεῖν τοῦτο, [ἢ χωρεῖν (93) εἰς τοῦτο,] χωρεῖτω.

Τότε — αὐτοῖς. Βρέφη εἶπεν ὁ Λουκᾶς, ἅτινα προσνηχῆσαν μὲν ἐκ πίστεως τῶν γονέων εἰ δὲ μαθηταὶ ἐπιτίμων τοῖς προσφύρουσιν, ὡς ὁ Μάρκος ἔγραψε, τοῦτίστιν ἐλάλων. Εἰκὸς δὲ καὶ τοῖς παισὶν ἐπιτιμᾶν. Ἐκώλων δὲ κακίους καὶ ταῦτα, τιμῶντες τὸν διδάσκαλον.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς — οὐρανῶν. Ὁ δὲ Μάρκος εἶπεν, A ὅτι καὶ ἠγαπάθησε κατὰ τῶν κωλυόντων· προσίεται δὲ τὰ παιδιά, δεικνύων μὲν, ὅτι τοὺς ἀκάτους προσίεται· διδάσκων δὲ καὶ, ὅτι προσήκει καταπατεῖν τὸν ἀπὸ τᾶς ὑπεραρχῆς τύπον, καὶ προσίσθαι καὶ τοὺς εὐκαταπροσήτους. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι τούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὅτι τῶν τοιούτων, τῶν μιμουμένων τὴν ἀπλότητα τούτων, περὶ ὧν εἴρηται πλατύτερον ἐν τῷ τριακοστῷ ἐβδόμῳ κεφαλαίῳ.

Καὶ — ἐκείθεν. Μάρκος δὲ εἶπεν, ὅτι καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτά, τειθείς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτά, εὐλόγει αὐτά. Τοῦτο δὲ ἐποίει, πληρῶν τὴν αἰτησιν τῶν ταῦτα προσαγγόντων. Προσηνέχθησαν γὰρ, φησὶν, αὐτῷ παιδιά, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς καὶ προσεύξηται. Ἄμα δὲ καὶ πάλιν εἶδεξεν, ὅτι καὶ ἐναγκαλίζεται, καὶ οἰκειοῦται τὸν ἀπόνηρον, καὶ τιθεῖσιν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ἵτοι τὴν φρουρητικὴν ἰακτουθῶ δυνάμει, καὶ εὐλογεῖ καὶ ἀγαθίζει αὐτόν.

ΚΕΦ. ΜΑ'. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν Ἰησοῦν πλουσίου.

Καὶ — αἰώνιον. Ἄρχοντα τοῦτον εἶπεν ὁ Λουκᾶς, δηλαδὴ, τῶν Ἰουδαίων. Οὐκ ἦν δὲ ὑπουργὸς ὁ νεανίσκος οὗτος, ὡς φασι τινες. Οὐ γὰρ ἂν ὁ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτόν, ὡς εἴρηκε Μάρκος. Ἄλλὰ τὰλλα μὲν καλὸς ἦν, καὶ ζωῆς ἐπεθύμει τῆς αἰωνίου· τῆς δὲ φιλαργυρίας ἡ ἀκαυθα τὴν λιπαρὰν ἀρουρα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ διελυμνάτο.

Ὁ — Θεός. Οὐδέεις οὕτε ὑλικός, οὕτε αὐλος, ἀγαθός ἐστι κυρίως, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός. Διότι τῷ Θεῷ μὲν, κατὰ φύσιν ἡ ἀγαθότης, καὶ διὰ τοῦτο ἀρεπνοτάτη· τοῖς ἄλλοις δὲ πᾶσιν, ὁρατοῖς τε καὶ ἀοράτοις, κατὰ προαίρεσιν, καὶ διὰ τοῦτο τρεπτή. Ἐπεὶ τοίνυν οὗτος ἀνθρώπων ἀπλῶς τὸν Χριστὸν ὑπέλαβεν εἶναι, καὶ ἀγαθὸν αὐτὸν ἐλάλησεν, οὐχ ὡς Θεόν, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπον, (94) ἵνα τῶν παρ' Ἑβραίοις διδασκαλῶν, πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν αὐτοῦ λοιπὸν καὶ κῆτος, ὡς ἀνθρώπος, αὐτῷ διαλέγεται, λέγων· Διὰ τί με λέγεις ἀγαθόν, ἀνθρώπον ὄντα κατὰ τὴν σὴν ὑπόληψιν; ὡς μὲν γὰρ ἀνθρώπος, οὐκ εἶμι ἀγαθός· ὡς δὲ Θεός, καὶ μάλα. Μόνος γὰρ κυρίως ἀγαθός ὁ Θεός. Τοῦτο δὲ εἰπὼν, οὐ τοὺς ἀνθρώπους ἀπεστέρησε τῆς ἀγαθότητος, ἀλλὰ περὶ τῆς κυρίως ἀγαθότητος εἰδίδαξεν· ἅμα δὲ καὶ τὴν κολακίαν ἀπόσπαστο, καὶ ἐπαίδευσε, μὴ συγκατατίθεσθαι D τοῖς ἐπαίνοις.

[Φύσει (95) μὲν ἀγαθός, μόνος ὁ Θεός· γνώμῃ δὲ ἀγαθός, μόνος ὁ θεομίμητος.]

Εἰ — ποίας; Οὐχ, ὡς πειράζων, εἶπε, ποίας· ἀλλ' ἐνόμισε, παρὰ τὰς νομικὰς ἐτέρας εἶναι τινας, τὰς εἰσαγούσας εἰς τὴν τοιαύτην ζωὴν.

<sup>38</sup> Marc, 14. <sup>39</sup> ibid. 16. <sup>40</sup> Luc. xviii, 18. <sup>41</sup> Marc x, 21.

#### Variæ lectiones et notæ.

(94) Καὶ addendum credo.

PATROL. GR. CXXIX.

Vers. 14. *Jesus autem — cælorum.* Marcus dixit <sup>38</sup>, quod etiam indignabatur prohibentibus. Recipi autem pueros, significans se recipere simplices, ac docens oportere fastum qui a sublimitate procedit conculcare, et suscipere despicabiles. Non dixit autem: Horum est regnum cælorum, sed *talium*, imitantium videlicet horum simplicitatem; de quibus *latus* dictum est tricesimo septimo capite.

Vers 15. *Et — inde.* Marcus dixit <sup>39</sup> quod etiam complexatus est illos, ac impositis manibus super eos benedicebat illis. Hoc autem faciebat illorum adimplens petitionem qui eos adduxerant: *Oblati sunt enim*, inquit, *ei parvuli, ut manus imponeret eis et oraret.* Simul etiam ostendit iterum quod amplectitur sibi que familiarem efficit eum, qui dolo ac malitia caret; et ponit super eum manus sive excubantem suam virtutem, ac benedicat, eumque sanctificat.

#### CAP. XLI. De divite interrogante Jesum.

Vers. 16. *Et — æternam?* Principem dixit hunc Lucas <sup>40</sup>, videlicet Judæorum. Non erat autem hic adolescens dolosus aut fictus, ut aiunt quidam; neque enim intuitus illum Jesus dilexisset eum, quod dixit Marcus <sup>41</sup>, sed in cæteris quidem bonus erat, vitæque cupidus æternæ: sed avaritiæ spina pingue animæ arvom perdiderat.

Vers. 17. *Ipse — Deus.* Nullus neque corporeus, neque incorporeus proprie bonus est, nisi solus Deus, quia Deo secundum naturam convenit bonitas, ideoque mutari non potest: cæteris autem omnibus visibilibus et invisibilibus secundum voluntatem, et ideo mutabilis est. Quia ergo hic Christum hominem tantum esse suspicabatur, bonumque vocabat eum, non tanquam Deum, sed tanquam hominem, et unum quempiam præceptorum apud Hebræos: ad hujusmodi suspicionem ejus nunc etiam ipse quasi homo cum eo disserit, dicens: Quid me dicis bonum, qui homo sum juxta tuam suspicionem? Nam tanquam homo non sum bonus, tanquam Deus autem, etiam maxime bonus sum; solus namque Deus proprie bonus est. Hoc autem dixit non homines privans bonitate, sed de ea quæ proprie bonitas est docuit; simulque adulationem repulit, et instruxit nos ne laudibus assentiamur.

†† Natura quidem bonus solus Deus, mentis vero conformatione bonus, solus is qui Deum imitatur.

Vers. 17. *Quod si —* Vers. 18. *quæ?* Non tentando dixit, *quæ?* sed putabat præter legalia esse alia, quæ ad talem inducerent vitam.

(95) Hæc in marg. B. Hentenius non agnoscit.

Vers. 18. *Jesus autem* — Vers. 20. *infantia mea*. A Ὁ δὲ Ἰησοῦς — νεότητός μου. Τὰς κεφαλαιω-  
 Principaliora praecepta legalia dispensatorie ipsi  
 profert, simul ea honorans, et ut, ipso respon-  
 dente: Hæc omnia opere complevi; nam id signi-  
 ficat *Custodivi et ab infantia*; sciebat enim et quod  
 opere complevisset, et quod ita responsurus esset;  
 auditoribus manifestaretur conversatio illius vir-  
 tuti consentanea: deinde tandem prolato ei uno  
 evangelico praecepto, dico sane divitiarum abjec-  
 tione, facilius convinceret eum esse avarum, et ita  
 bona occasione demonstraret manifeste avaritiam  
 corrumpere omnem virtutem, et ita demonstrato  
 dramno devitari posset hujusmodi affectus.

Quare autem non protulit illi primum et maxi-  
 mum praeceptum, puta, *Diliges Dominum Deum* B  
*tuum*? Quia alia hujus bona opera occulta erant: pie-  
 tas vero hujus ad Deum omnibus nota erat.

Dubitabit autem aliquis, utrum proposita legalia  
 praecepta concilient vitam æternam? Cui dicere  
 possumus, quod conciliant quidem, at non talem  
 qualem evangelica. Nam vita æterna accipienda  
 est fruitio quæ est in cælis, quæ varia est et mul-  
 tiplex; multæ enim apud solum Deum fruitiones  
 sunt.

Rursum dubitabit aliquis, utrum vere dicebat  
 adolescens? Siquidem cum multas haberet posses-  
 siones, quomodo diligebat proximum sicut seip-  
 sum? Utrum enim dividebat has parum aut nihil C  
 habentibus? Quid ergo dicendum est? Quod hoc  
 quoque praeceptum compleverat, quatenus ipsum  
 compleri tunc permissum erat. Diligebat namque  
 proximum sicut seipsum, sed quasi nullum ei  
 inferendo noementum, non quasi dividendo suas  
 cum eo possessiones. Nam id excelsum est et supra  
 Judaicam in humum depressionem.

† Quæ eo tempore maxime erant necessaria.  
 Cæterea quidem in una Exodi parte statuta sunt 42.  
 Illud autem: *Diliges proximum tuum sicut te*  
*ipsum*, in alia; et manifeste ita habetur in Levi-  
 tico 42. Assumpsit autem et hoc tanquam maxime  
 necessarium.

Vers. 20. *Quid adhuc mihi deest*? Quid adhuc  
 habere me oportet quo careo? Hoc autem dicens D  
 manifestabat quod majorem desiderabat vitutem.  
 Ideo quoque, ut ait Marcus, *intuitus illum Jesus*  
*dilexit eum et dixit ei: Unum tibi deest* 44. Lucas

42 Exod xx, 12. 43 Levit. xix, 18. 44 Marc. x, 21.

### Variae lectiones et notæ.

(96) Includa absunt A.  
 (97) Impedita est constructio, quod multa inco-  
 cata sunt. Γνωρισθῆ pendet ex superiori ἵνα.  
 (98) Ἀπὸ κοινού τὸ ἵνα.  
 (99) Respicit Joan. xv, 2. Mansiones haud dubie,

δεστέρας αὐτῷ προτείνει τῶν νομικῶν ἐντολῶν  
 οικονομικῶς, ἅμα μὲν τιμῶν αὐτὰς ἅμα δὲ καί,  
 ἵνα εἰπόντος αὐτοῦ, ὅτι Κατώρθωσα ταύτας [ταῦτο  
 γὰρ δηλοῖ τὸ, Ἐφυλαξάμην, καὶ ὅτι ἐκ νεότητος  
 ἐγίνωσκε γὰρ, καὶ ὅτι οὕτως κατώρθωκε ταύτας]  
 καὶ ὅτι οὕτως ἀποκριθῆσεται, γνωρισθῆ (96) μὲν  
 τοῖς ἀπροσμέντοις ἢ φιλάρετος αὐτοῦ πολιτεία· εἶτα  
 λοιπὸν, μίαν αὐτῷ προτείνει τῶν εὐαγγελικῶν  
 ἐντολῶν, φημι δὲ, τὴν ἀπόκτησιν τοῦ πλοῦτου,  
 ῥῆθον (97) ἐλέγη φιλαργυροῦ, καὶ οὕτως εὐαφύ-  
 ρμος καὶ ἐναργῶς ὑπαδείξῃ τὴν φιλαργυρίαν πᾶσας  
 λυμαινομένην τὰς ἀρετὰς, καὶ λοιπὸν, φανείσας τῆς  
 ἐντεῦθεν ζημίας, φρακτὸν γένηται (98) τὸ τοιοῦτον  
 πάθος.

Καὶ διατί μὴ προτείνειν αὐτῷ καὶ τὴν πρώτην  
 καὶ μεγάλην ἐντολήν, τὸ Ἄγαπήσεις Κύριον τὸν  
 Θεόν σου; Διότι τὰ μὲν ἄλλα τούτου κατορθώματα  
 κερυμμένα ἦσαν ἢ θεοσέβεια δὲ αὐτοῦ τοῖς πᾶσι  
 γνώριμος ἐτύγχανεν.

Ἄπορῆσαι δ' ἂν τις, εἰ αἱ προταθεῖσαι νομικαὶ  
 ἐντολαὶ προεξίνουσι ζωὴν αἰώνιον; Πρὸς ἐν εἰ-  
 ποιμι ἂν, ὅτι προεξίνουσι μὲν, ἀλλ' οὐ τοιοῦτην,  
 οἷαν αἱ εὐαγγελικαί. Ζωὴν γὰρ αἰώνιον τὴν ἐν  
 οὐρανοῖς ἀπόλαυσιν ὑπολαμβάνουσι, ἧτις ποικίλη καὶ  
 πολυειδής ἐστί. Πολλὰ γὰρ μοι (99) παρὰ τῷ  
 Θεῷ.

Ἐκαπορήσει δὲ τις, εἰ ἀληθῶς εἶπεν ὁ νεοτί-  
 σκος; Ἐχων γὰρ κτήματα πολλὰ, καθὼς δηλωθῆ-  
 σται, πῶς ἠγάπα τὸν πλησίον, ὡς ἑαυτὸν; Ἡ γὰρ  
 ἂν ἐμερίσατο ταῦτα πρὸς τοὺς ἐλέγας, ἢ σὺδολως  
 ἔχοντας; Τί οὖν ἔστιν εἶπεῖν; Ὅτι κατώρθωσε καὶ  
 ταύτην τὴν ἐντολήν, ὡς ἐνεχώρησε τότε κατορθεῖν  
 αὐτήν. Ἠγάπα μὲν γὰρ τὸν πλησίον, ὡς ἑαυτὸν  
 ἀλλ' ὥστε μηδὲν βλαβερὸν αὐτῷ ἐδεικνῆσθαι, εἰ  
 μὴ ὥστε καὶ συμμερίσασθαι αὐτῷ τὸν ἴδιον πλοῦτον.  
 Τοῦτο γὰρ ὑψηλόν, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς χαμαιτυλιχίας  
 ἀνώτερον.

[Ἦν (1) εἶχε χρεῖαν μᾶλλον ὁ τότε καιρός. Αἱ  
 μὲν οὖν ἀλλὰ καθ' ἐν μέρος ἐν τῇ εἰσόδῳ νενομο-  
 θέτηνται· τὴ δὲ, Ἄγαπήσεις τὸν πλησίον σου  
 ὡς σεαυτὸν, καθ' ἕτερον, καὶ φανερώς οὕτως ἐν  
 τῷ Λευιτικῷ. Παρέλαθε (2) καὶ τοῦτο νῦν, ὡς  
 χρειωδέστατον.]

Τί ἐτι ὑστερῶ; Τί λείπομαι; Τοῦτο δὲ εἰπὼν,  
 ἐνέφηνεν, ὅτι μαιζονος ἐρίεται ἀρετῆς. Διὸ καί, ὡς  
 φησι Μάρκος, Ὁ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγά-  
 πησεν αὐτόν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐν σοὶ ὑστερεῖ,  
 Λουκάς δὲ εἶπεν, ὅτι Ἐν σοὶ λείπει. Ἐνέβλεψε μὲν

non fruitiones, voluit scribere Hentenius.

(1) Hæc leguntur in margine codicis B referun-  
 turque ad vocabulum κεφαλαιωδεστέρας, quod in  
 principio scholii legitur.

(2) Δε, addendum videtur.

γὰρ αὐτῷ ἡμερον' ἠγάπησε δὲ αὐτὸν, ὡς σφόδρα σωτηρίας ὀργόμενον, εἰ καὶ τῆ τυραννίδι τῆς φιλαργυρίας ἐπεπίδητο. Τί δὲ ἔστι τὸ λείπον ; Τὸ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ. Καὶ ἄκουε.

Ἐφη — ἀκολουθεῖ μοι. Ἐπεὶ τὰ ὑπάρχοντα, τουτέστιν, ὁ πλοῦτος, ἐμπόδιον ἦσαν τοῦ ἀκολουθῆσαι, καλεῖται ταῦτα πωλῆσαι, καὶ δοῦναι πτωχοῖς. Φησὶν οὖν, Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι. Καὶ γὰρ ἀτελεῖς οἱ τὰς νομικὰς κατορθούνας ἐντολάς, ἐπεὶ καὶ αὐταὶ ἀτελεῖς, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν Ἰουδαίων. Ἐξεῖς δὲ θησαυρὸν, εἶπε, παραμυθούμενος τὴν φιλορημασίαν αὐτοῦ, καὶ ἐπαγγελλόμενος, ὅτι θησαυρίσει πάλιν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ κρεῖττον ἐν οὐρανῷ γάρ. Θησαυρὸν δὲ ἐν οὐρανῷ λέγει τὴν ἀποκειμένην ἐκεῖ ταῖς ἀξίους ἀμοιβῆν τῶν κατορθωμάτων. Τὸ δὲ δεῦρο, ἀκολουθεῖ μοι, ὅτι τοῦ, Βάδιζε κατ' ἔχγου τῆς ἐμῆς πολιτείας, ἀκολουθεῖ ταῖς ἐμαῖς ἐντολαῖς. Τοῦτο γὰρ σοι λείπει, τὰ νομικὰ κατεπύσαντι.

Ἀκούσας — κτήματά πολλά. Ὅσον εἶχε πολλά, τοσούτον αὐτοῖς εἰδεδούλωτο. Καὶ γὰρ ἡ προσθήκη τοῦ πλοῦτου προσθήκην ποιῆ τῆς φιλαργυρίας. Γέγονεν οὖν αἰτία τῆς λύπης καὶ τῆς ἀπειθείας ἢ πολυκτημοσύνη.

Ὁ δὲ — οὐρανῶν. Εἰ δὲ πλοῦσιος δυσκόλω, πλεονέκτης οὐδ' ἄλλως· εἰ γὰρ ὁ μὴ διδοὺς τὰ ἑαυτοῦ κατακρίνεται, πολλῷ μᾶλλον, ὁ καὶ τὰ ἑτέρων ἀρπάξων.

Πάλιν — εἰσελθεῖν. Εἰπὼν τὸ πρῶτον δύσκολον, ἐπειτα λέγει τοῦτο καὶ ἀδύνατον, καὶ οὐχ ἀπλῶς ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀδύνατου ἀδυνατώτερον. Ἀδύνατον μὲν γὰρ τὴν κάμηλον, τὸ ζῶον, διὰ τρυπήματος βελόνης διελθεῖν (3), ἀδυνατώτερον δὲ τοῦτου ἐκείνου. Κατ' ἐπίτασιν δὲ ὁ λόγος, εἰς φόβον τῶν φιλαργύρων.

Τινὲς δὲ κάμηλον φασὶ σχοινίαν παχύτατον πλοῖου. Ταῦτα δὲ λέγων ὁ Χριστὸς, οὐ διαβάλλει τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ τὸ δουλοῦσθαι τῷ πλούτῳ. Καλλίστον δὲ τὸ παράδειγμα. Καθάπερ γὰρ τὸ τρύπημα τῆς βελόνης οὐ χωρεῖ τὴν κάμηλον, διὰ τε τὴν ἄγαν ἑαυτοῦ στενωπότητα, καὶ διὰ τὸν ἄγαν ἐκείνης ὄγκον· οὕτω καὶ ἡ ὁδοῦ, ἢ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, οὐ χωρεῖ τὸν πλοῦσιον, διὰ τε τὴν ἑαυτῆς στενωπότητα, καὶ διὰ τὸν τοῦτου ὄγκον. Προσάκει οὖν ὄγκον ἀποθέσθαι πάντα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ λεπτυνθῆναι δι' ἐκουσίου πωρίας.

Ἀκούσαντες δὲ — σωθῆναι ; Ἐξηπλήσσαντο, ἐντὶ τοῦ, Ἐθροβούοντο. Πλὴν οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν πένητες γὰρ ἦσαν· ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πλουσίων. Ἠρέκοντο γὰρ σπλάγχχνα διδασκαλῶν ἀναλαβεῖν, καὶ ὑπεραγγεῖν τῆς ἀπωλείας τῶν ἀνθρώπων, λέγοντες, Τίς ἄρα τῶν πλουσίων δύναται σωθῆναι ;

A autem dixit : *Unum tibi deficit* <sup>45</sup>. Intuitus siquidem est illum mansuetum ; dilexit autem cum quasi vehementer salutem appetentem, quanquam avaritiæ tyrannide præpediebatur. Quid est autem quod deficit ? Ut sequatur eum. Audi ergo.

Vers. 21. *Ait — sequere me*. Quia ea quæ habebat, id est, divitiæ impedimento erant ne sequeretur, jubet hæc vendi, darique pauperibus. Dicit ergo : *Si vis perfectus esse* ; imperfecti enim sunt, qui sola legalia complent præcepta, quia et ipsa imperfecta erant propter Judæorum imbecillitatem. *Habebis autem thesaurum*, dixit consolans ejus avaritiam, ac promittens quod iterum thesaurum reconderet : nec id tantum, sed et melius, quia in cælo. Vocat autem thesaurum in cælo bonorum retributionem operum, quæ ibi his qui digni fuerint, reposita sunt. Quod autem addit : *Veni, sequere me*, tantumdem est ac si dicat : Gradere juxta vestigia meæ conversationis, sequere mea præcepta, hoc enim tibi deficit, qui legalia adimplesti.

Vers. 22. *Audito — nullas possessiones*. Quo plura habebat, eo magis servus eorum effectus erat ; additio siquidem divitiarum additionem facit avaritiæ. Opulentia itaque causa fuit tristitiæ et incredulitatis.

Vers. 23. *At — cælorum*. Quod si dives difficulter, avarus nullo modo. Si enim condemnatur qui non dat quæ sua sunt, multo amplius qui rapit aliena,

C Vers. 24. *Rursus — intrare*. Cum rem dixisset difficilem, hanc subjunxit impossibilem : nec simpliciter impossibilem, sed et impossibili magis impossibilem. Impossibile siquidem est camelum vivum transire per foramen acus : hoc autem impossibile est illud. Fertur autem hic sermo per exaggerationem ad avarorum terrorem.

Quidam autem camelum vocant funem navis crassiores. Verum hæc dicens Christus non vituperat divitias, sed servire divitiis. Est autem optimum exemplum. Nam sicut foramen acus non est capax cameli propter nimiam sui angustiam, et propter grandem illius molem ac tumorem : ita quoque via quæ ducit ad vitam non capit divitem propter sui angustiam, et propter hujus tumorem. Oportet ergo omnem tumorem repellere tumorem juxta Apostolum <sup>46</sup>, et attenuari per voluntariam paupertatem.

Vers. 25. *Cum autem audissent — salvus fieri* ? Exterriti sunt, id est turbati sunt, non tamen pro seipsis, cum pauperes essent, sed pro divitiibus. Cæperunt enim præceptorum assumere viscera, ac dolere plurimum pro perditione hominum dicentes *Quis ergo divitum potest salvus fieri* ?

<sup>45</sup> Luc. xviii, 22. <sup>46</sup> Hebr. xiii, 1.

#### Variae lectiones et notæ.

(3) *Εἰσελθεῖν*. A.

Vers. 26. *Intuitus — possibilis*. Primum mihi A aspectu exterritam eorum mentem consolatus est. Deinde dixit : Apud homines divites, hoc saluum fieri, impossibile est : fortiter enim avaritiæ vinculis alligati sunt, factique impotentes, ut a seipsis solis hujusmodi tyrannide liberentur. Deus autem non solum salvare hos potest, sed etiam omne aliud potest. Salvabit ergo hos, si quod possunt studium adhibentes, ac divitias in pauperes evacuantes, ignemque cupiditatis divitiarium extinguentes, hunc invocaverint auxiliatorem ac libertatis assertorem.

Docuit ergo omnis hic sermo, quod avarum impossibile est saluum esse, nisi quod in se est afferat studium, ut dictum est, et Deum habeat adiutorem ad liberationem illius miserimæ affectionis. Aiunt autem quidam, quod si Deo omnia sunt possibilis, utique et facere malum Deo possibile est. Quibus nos dicimus, quod facere malum non est potentis, sed impotentis. Ideo etiam David peccata appellavit imbecillitates sive infirmitates dicens : *Multiplacæ sunt infirmitates eorum* 47. Et Paulus ait, *Cum nos essemus infirmi* 48, sive peccatores. Præterea et alio modo, juxta Gregorium Theologum, principium mali est negligere bonum : quomodo autem bonum negliget, qui est ipsa bonitas ?

Vers. 27. *Tunc — nobis* ? Quæ omnia, beate Petre ? An arundinem, rete, navim, artemque piscatoriam ? Utique, inquit, quæ et quanta habebam ; mea siquidem voluntas integra fuit. Cum ergo dixisset Salvator adolescenti : *Si vis perfectus esse, abi, vende quæ habes, et da pauperibus, habebisque thesaurum in cælo*, timuit Petrus sibi ac discipulis, quasi ipsi minus fecissent, quia non vendiderant quæ habebant, nec dederant pauperibus ; ideo etiam ait : Ecce nos non vendidimus, nec pauperibus dedimus, sed simpliciter omnia quæ habebamus reliquimus, et secuti sumus te ; quid ergo erit nobis retributionis ?

Vers. 28. *Jesus autem — Israel*. Regenerationem dicit nunc a mortuis resurrectionem, quasi iteratam vivificationem. Quid ergo ? sedebunt tunc apostoli et judicabunt ? Nequaquam. Solus enim Christus sedebit, et solus ipse judicabit. Sed per duodecim sedes innuit fruitionem sive requiem ac præcellentiam duodecim discipulorum, et regni sui communicationem. *Judicantes* autem dicit, hoc est, Condemnantes. Ait ergo : Fruemini tunc sive requiescitis, et præcelletis ac conregnabitis mihi, condemnantes Israelitas : non quod ipsi judicaturi sint, sed sicut vicesimo tertio capite dicebat Ninivitas ac reginam Austri condemnatos generationem illam, ita et hoc nunc condemnatos ait duodecim tribus Israel. Ideo enim non dicit gentes aut orbem, sed solos Israelitas suos contribules, suos oognatos. Condemnabant enim eos non quasi

Ἐμβλέψας — θύνατά. Πρῶτον ἡμέρων βλέμματι φρίττουσαν αὐτῶν τὴν διάνοιαν παρεγγόρησεν, εἶτα εἶπεν, ὅτι παρὰ ἀνθρώποις πλουσίοις τοῦτο, δηλαδὴ τὸ σωθῆναι, ἀδύνατόν ἐστι. Δεδεσμεμένοι γὰρ ἰσχυρῶς ταῖς σειραῖς τῆς φιλαργυρίας, ἀδυνατούσιν ἀπ' ἑαυτῶν μόνων ἐλευθερωθῆναι τῆς τοιαύτης τυραννίδος. Ὁ δὲ Θεὸς οὐ μόνον σῶσαι τούτους θύναται, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἕτερον θύναται. Σῶσαι δὲ τούτους, ἴαν τὴν παρ' ἑαυτῶν σπουδὴν εἰσφέρωντες, καὶ κενούντες τὸν πλοῦτον εἰς πένητας, καὶ σθενύοντες τὸ πῦρ τῆς ἐπιθυμίας τῶν χρημάτων, ἐπικαλέσωνται καὶ τοῦτον ἐπίκουρον καὶ συλλήκτορα τῆς ἐλευθερίας.

Ἐδίδαξε τοίνυν ὁ σύμπαξ λόγος, ὅτι ἀδύνατον σωθῆναι φιλαργυρον, ἴαν μὴ τὴν παρ' ἑαυτοῦ σπουδὴν εἰσφέρων, ὡς εἴρηται, σχοιῆ καὶ τὸν Θεὸν βοηθὸν τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ τοιοῦτου χαλεπωτάτου πάθους. Φασὶ δὲ τινες, ὅτι ἴαν πάντα θύνατά τῷ Θεῷ, θύνατον ἄρα τῷ Θεῷ καὶ τὸ κακόν. Πρὸς οὗς λέγομεν, ὅτι τὸ κακόν οὐκ ἐστι θυνάμιος, ἀλλ' ἀδυναμίας. Διὸ καὶ ὁ Δαυὶδ τὰς ἀμαρτίας ἀσθενείας ἀνόμασεν, εἰπὼν, Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθενεῖαι αὐτῶν. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ φησιν, Ὅντων ἡμῶν ἄσθενῶν, ἦγον, ἀμαρτωλῶν. Καὶ ἑτέρως δὲ, κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, ἀρχὴ τοῦ κακοῦ, τὸ ἀμελεῖσαι τοῦ ἀγαθοῦ. Πῶς δ' ἂν ἀμελήσῃ τοῦ ἀγαθοῦ ἢ αὐτοαγαθότης ;

Τότε — ἡμῖν ; Ποία πάντα, ὦ μακάριε Πέτρε ; τὸν κάλαμον, τὸ δίχτυον, τὸ πλοῖον, τὴν ἀλιευτικὴν ; Ναι, φησὶν, ἃ εἶχον, καὶ ὅσα εἶχον. Ἡ προαίρεσίς μου γὰρ ἐντέλής. Εἰπόντος οὖν τοῦ Σωτῆρος πρὸς τὸν νεανίσκον, Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὑπάγε, πώλησον σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δός πτωχοῖς, καὶ ἔξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· ἐδεδίωκον ὁ Πέτρος περὶ τε ἑαυτοῦ καὶ περὶ τῶν μαθητῶν, ὡς ἠλαττωμένων, διὰ τὸ μὴ πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δοῦναι πτωχοῖς. Διὸ καὶ φησιν· Ἴδού ἡμεῖς οὐκ ἐπωλῆσαμεν, οὐτε μὴν ἰδώκαμεν πτωχοῖς, ἀλλ' ἀφῆκαμεν ἀπλῶς πάντα, ὅσα εἶχομεν, καὶ ἠκολοθησάμεν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν εἰς ἀμοιβήν ;

Ὁ δὲ Ἰησοῦς — Ἰσραήλ. Παλιγγενεσίαν λεγμὴν νῦν τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ὡς παλινοζωίαν. Τί οὖν ; καθιθεοῦνται καὶ οἱ ἀποστόλοι τότε, καὶ κρινούσιν ; Οὐδαμῶς. Μόνος γὰρ ὁ Χριστὸς καθίσει, καὶ μόνος αὐτὸς κρινεῖ. Ἀλλὰ διὰ μὲν τῶν δώδεκα θρόνων παρεδίωκε τὴν τότε ἀνάστασιν, καὶ προτιμησὶν τῶν δώδεκα μαθητῶν, καὶ τὴν κοινωσίαν τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Κρίνοντες δὲ φησιν, ἀπὸ τοῦ, κατακρίνοντες. Εἶπεν οὖν, ὅτι Ἀναπαυθήσεσθε τότε, καὶ προτιμηθήσεσθε, καὶ συμβασιλεύσατέ μοι, κατακρίνοντες τοὺς Ἰσραηλίτας, οὐχ ὡς αὐτοὶ δικάζοντες, ἀλλ' ὡσπερ ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοὺς Νινευίτας ἔφησε καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ Νότου κατακρίνειν τὴν γενεὰν ἐκείνην, οὕτω καὶ νῦν τοῦτους τὰς δώδεκα φυλάς τοῦ Ἰσραήλ. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ εἶπε τὰ ἔθνη, οὐδὲ τὴν οἰκουμένην, ἀλλὰ ῥόνους τοὺς Ἰσραηλίτας, τοὺς ὁμοφύλους, τοὺς συγγενεῖς. Κα-

47 Psal. xv, . 48 Rom. v, 6.



κατακρινουσι γὰρ αὐτούς, οὐχ ὡς δικάζοντες, ὡς ἐ-  
 ράκαμεν, ἀλλ' ὡς τοῦ δικάζοντος ἀπὸ τῆς τούτων  
 πίστεως καταδικάζοντος αὐτούς, ὅτι τοῖς αὐτοῖς  
 ἐπιστρέψαν οὗτοι τε κακίνοι νόμοις καὶ ἤθεσι,  
 καὶ ὁμοίως οὗτοι μὲν ἐπίστευσαν, ἐκείνοι δὲ ἠπί-  
 στησαν.

Τί δέ; καὶ ὁ Ἰουδας θρόνον ἔξει, καὶ κατακρινεῖ;  
 Οὐχί. Κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ἐπαγγελία πρὸς τοὺς δώδεκα  
 μαθητὰς ἵνα μὴδ' ἐν ταύτῃ τῶν ἄλλων ὁ Ἰουδας  
 ἐλαττωθῆι. φαυλότατι δὲ ψυχῆς αὐτὸς ἑαυτὸν ταύτης  
 ἰσπεστέρησεν. Ἔστι γὰρ νόμος τοῦ Θεοῦ παρὰ Ἰε-  
 ρεμίου πρὸς Ἰουδαίους ἐκφραθέντις, καὶ λέγων·  
 Ἐάν ἐπιστρέψῃ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἀπὸ τῶν  
 κακῶν αὐτῶν, μετανοήσω καγὼ ἀπὸ τῶν κα-  
 κῶν, ὡς ἰλογοσάμην ποιῆσαι αὐτοῖς. Εἶτα, καὶ  
 ἑὰς ποιήσωσι τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν μου, τοῦ μὴ  
 ἀκούειν τῆς φωνῆς μου, μετανοήσω καγὼ περὶ  
 τῶν ἀγαθῶν, ὡς ἐλάλινα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. Τί  
 οὖν φησιν οὗτος ὁ νόμος; ὅτι Ἐάν ἀπειλήσω κακῶ-  
 σαί σε, καὶ διορθωθῆς, λύσεις μου τὴν ψῆφον· καὶ  
 ἑὰς ὑπόσχωμαι σοι ἀγαθὰ, καὶ ῥαθυμῆσης, λύσεις  
 μου τὴν ἐπαγγελίαν. Σὺ γὰρ αἴτιος, ἀνάξις ταύτης  
 γενόμενος. Μπῶνοιον γὰρ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐναλ-  
 λαγὴν τοῦ σκοποῦ νοοῦμεν, ἧς αἴτιοι πάντως ἡμεῖς.  
 Χρὴ δὲ γινώσκωμεν, ὅτι τοῖς δώδεκα μαθηταῖς συνα-  
 ριθμῆται καὶ τοὺς ὑστερον ἀντιυσαχθέντας εἰς τὸν  
 χορὸν τῶν δώδεκα μαθητῶν, ὡς τὴν αὐτὴν καὶ πίστιν  
 καὶ διακονίαν ἀναδείξασθαι μέλλοντας.

Καὶ — κληρονομήσει. Ὑμῖν μὲν τοῖς δώδεκα  
 γενήσεται, καθὼς εἶρηκα, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ πᾶσι,  
 τοῖς πιστεύουσιν, ἴσται τάδε καὶ τάδε. Ματθαῖος μὲν  
 οὖν εἶπεν, ἔσκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἀντὶ τοῦ,  
 δὲ ἱμὶ. Μάρκος δὲ προσέθηκεν, ὅτι καὶ τοῦ  
 Εὐαγγελίου, τουτίστι, καὶ διὰ τὸ κήρυγμα. Λουκᾶς  
 δὲ φησιν, ὅτι ἕνεκεν τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ,  
 ἤθουν, διὰ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα τύχῃ ταύ-  
 της. Ὡσπερ δὲ, ὅταν εἴπην, Ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν  
 αὐτοῦ ἕνεκεν ἑμοῦ, εὐρήσει αὐτὴν, οὐ τοῦτο εἶπεν,  
 ἵνα ἀπαυρῶμεν ἑαυτούς, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτῆς τῆς  
 ψυχῆς ἡμῶν προτιμῶμεν τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν·  
 οὕτω καὶ νῦν λέγων, Ὅς ἀφῆκε γυναῖκα, οὐχ ἵνα  
 διασπῶμεν ἀπλῶς τοὺς γάμους, τοῦτο φησιν, ἀλλ'  
 ἵνα καὶ αὐτῆς τῆς συζύγου προτιμῶμεν καὶ αὐτὸν,  
 καὶ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.  
 Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ πάσης ἄλλης συγγενείας καὶ  
 οἰκειότητος.

Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς φανερώτερον περὶ τούτων  
 ἐχθίμενοι, τὴν ἑκατονταπλασίονα ἀμοιβὴν τῷ  
 καιρῷ τούτῳ ἀποκαληρώσθαι φασιν, ἤθουν, τῷ νῦν  
 αἰῶνι· τὴν δὲ αἰώνιον ζωὴν, τῷ ἐρχομένῳ, εἴθουν,  
 τῷ μέλλοντι. Ἐκατονταπλασίονα δὲ, ἀντὶ τοῦ,  
 πολλαπλασίονα. Οὕτω γὰρ (4) εἶπεν ὁ Λουκᾶς. Ἀλλὰ  
 πῶς ὡς τις λάβοι τὴν πολλαπλασίονα ταύτην ἀμοι-  
 βὴν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι; Πῶς; Ἰς ἐλαβον οἱ ἀπόστολοι

A judicantes, sed quia is qui judicabit, a fide horum  
 sit condemnaturus illos. Siquidem cum eisdem  
 moribus ac legibus et hi et illi sint enutriti, hi  
 tamen crediderunt, illi vero credere noluerunt.

Quid ergo? Judasne etiam sedem habebit et  
 condemnabit? Nequaquam. Communis enim facta  
 est promissio ad duodecim discipulos, ne per  
 hanc Judas in ullo cæteris deterior haberetur;  
 ipse vero animæ pravitate seipsum hac privavit.  
 Est enim Dei lex a Jeremia promulgata ad Ju-  
 dæos, quæ dicit: *Si conversa fuerit gens illa ab*  
*iniquitatibus suis, pœnitēbit et me malorum quæ*  
*cogitaveram facere illis.* Deinde ait: *Et si fecerint*  
*malum coram me, ut non audiant vocem meam, pœ-*  
*nitēbit et me de bonis quæ decreveram facere illis* 49.  
 Quid ergo ait ista lex? Si comminatus fuero  
 ut faciam tibi malum, et tu corrigaris, solves  
 meam sententiam: et si promisero tibi bona, et  
 ignaviter egeris, solves meam promissionem:  
 tua enim causa factus es ea indignus. Pœnitentiam  
 ergo in Deo intelligimus propositi mutatio-  
 nem, cujus nos omnino causa sumus. Scire  
 autem oportet, quod discipulis connumerat eos  
 qui postmodum in chorum duodecim discipulorum  
 subingressuri sunt utpote eamdem fidem idem-  
 que ministerium suscepturi.

Vers: 29. *Et — hæreditate accipiet.* Vobis qui-  
 dem duodecim contingent quæ dixi, cæteris vero  
 credentibus erunt hæc ista. Matthæus itaque  
 dixit: *Propter nomen meum*, id est, propter me.  
 Marcus autem addidit: *Et propter evangelium* 50.  
 hoc est propter prædicationem. Lucas vero ait:  
*Propter regnum Dei* 51, ut scilicet illud consequatur.  
 Quemadmodum autem quando dicebat: *Qui*  
*perdidit animam suam mea causa, inveniet eam*,  
 non hoc dicebat. ut nosipsos interimamus, sed ut  
 ipsi etiam animæ nostræ, fidem quæ in ipsum  
 est præponamus, ita et nunc dicens: *Qui relique-*  
*rit uxorem*, non hoc dixit, ut nuptias penitus  
 dividat, sed ut ipsi quoque conjugii præponamus  
 et ipsum et Evangelium et regnum Dei. Hoc  
 autem et in omni alia cognatione et familiaritate  
 dicendum est.

D Marcus præterea et Lucas manifestius de his  
 recitantes, centuplam retributionem hoc tempore  
 rependi dicunt, in hoc videlicet sæculo, vitam  
 autem æternam venturo sive futuro 52, Cen-  
 tupla vero, hoc est, varie multiplicata, aut mul-  
 to plura, sicut dixit Lucas. Sed quomodo varie  
 multiplicatam accipiet quis hanc retributionem  
 in præsentī sæculo? Quomodo? Sicut acceperunt

49 Jerem. xviii, 8, 10. 50 Marc. x, 29. 51 Luc. xviii, 29. 52 Marc. x, 30. Luc. xviii, 30.

#### Varia lectiones et notæ.

(4) Ἄν addit B.

apostoli et martyres cæterique omnes justi. Vide enim quod omnium fidelium domos sibi habebant apertas. Fratres etiam et sorores paraverunt omnes sanctos et sanctas; patres vero omnes ipsos colentes, ipsorumque curam habentes, ac erga ipsos compassionis affectu tactos; nam hæc sunt propria patris; matres quoque omnes pari modo se habentes; uxores vero omnes ministrantes, subservientes ac curantes eos, hæc siquidem uxoris sunt opera; filios præterea, omnes discipulos. Ad hæc omnes fidelium agros in sua potestate habebant: quodque omnium est maxime admirabile, omnia hæc habebant cum persecutionibus, prout addidit Marcus <sup>33</sup>, hoc est a fidei inimicis persecutionem sustinentes. Potest etiam esse multiplicatio, gratia sanitatum, aut prophetia, aut aliud quippiam simile.

Vers. 30. *Multi — primi.* Multi qui hic videntur primi, erunt ibi postremi. Hoc autem et simpliciter de omnibus dictum est, ut nunquam hi qui præponuntur in vita, extollantur; neque qui hic despiciuntur, animum despondeant; et præcipue ad Pharisæos eisque similes sermo refertur, qui primatus totis vindicabant viribus. Quia vero non omnes eo tempore credebant, sed alii quidem prius, alii vero postea, ponit parabolam quæ posteriores consoletur animæque injiciat alacritatem, quam totam pariter necesse est primum accipere, (nn) ita exposcente ejus enarratione, et demum ea quæ videbantur similiter (oo) de ea dicere: quanquam enim longiuscula sit, apta tamen est ut facile capi possit,

CAP. XLII. De mercede conductis operariis.

Cap. XX. Vers. 1. *Simile* — Vers. in rebus meis? Hujus omnis parabolæ solum exponenda sunt quæ opportuna videntur, veluti monet Chrysostomus; cætera vero non sunt curiose scrutanda, sicut vicesimo quarto capite prædiximus. In hac enim regnum cælorum intelligitur ipse Christus, sicut in parabolis frequenter diximus. Vineæ autem ejus evangelicæ ipsius præcepta sunt. Operarii vero hujusmodi vineæ, homines operatores talium præceptorum. Tempus operationis, præsens vita Diluculum vero, hora tertia, sexta, nona, et undecima, variæ hominum ætates quibus ad fidem veniunt, et probi facti Deo placent. Diluculum siquidem, sive prima hora, ætas est eorum qui ab

<sup>33</sup> Marc. x, 30.

A και οι μάρτυρες και οι δίκαιοι άπαντες. Όρα γάρ, ότι πάσας τὰς πάντων τῶν πιστῶν οἰκίας ἔσχον ἀναπεπταμένας αὐτοῖς, και ἀδελφους μὲν και ἀδελφὰς ἐκτίθειντο πάντας τοὺς ἁγίους και πάσας τὰς ἁγίας, πατέρας δὲ πάντας τοὺς στήργοντας και φροντίζοντας και σπλαγχνιζομένους ἐπ' αὐτοῖς· ταῦτα γάρ ἴδια πατρὸς· μητέρας δὲ, πάσας τὰς ὁμοίως ἔχούσας· γυναῖκας δὲ πάσας τὰς διακονούσας και ὑπηρετούσας και ἐπιμελομένας αὐτῶν· ταῦτα γάρ ἔργα γυναικεί· τέκνα δὲ πάντας τοὺς μαθητάς. Ἄλλα και πάντας τοὺς ἀγρούς τῶν πιστῶν εἶχον εἰς ἔξουσίαν. Και τὸ παραδοξότατον, πάντα ταῦτα ἔσχον μετὰ διωγμῶν, ὡς ὁ Μάρκος προσέθηκεν· ὁ ἴσθι, διακόμονται παρὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως. Εἴη δ' ἂν πολλαπλασίῳ ἀμοιβῇ, και ἡ χάρις τῶν ἱερῶτων, ἢ τοῦ προβλέπειν τὸ μέλλον, ἢ τοιούτου τινός.

Πολλοὶ — πρώτοι. Πολλοὶ πρώτοι δοκοῦντες ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἔσονται ἔσχατοι κατὰ τὸν μέλλοντα, και θοῦναντιόν, ἔσχατοι δοκοῦντες ἐνταῦθα, ἔσονται πρώτοι ἐκεῖ. Τοῦτο δὲ εἴρηται μὲν και περὶ πάντων ἀπλῶς, ἵνα μήτε οἱ κατὰ τὸν παρόντα βίον προτιμώμενοι ἐπαίρωνται, μήτε οἱ ἐνταῦθα καταφρονούμενοι ἀθυμῶσι· μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς Φαρισαίους, και τοὺς τοιούτους, ὁ λόγος ἀποτίεται, (5) τῶν πρωτίτων ἰσχυρῶς ἀντιποιοιούμενους. Ἐπεὶ δὲ οὐ πάντες κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πιστεύουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν πρώτων, οἱ δὲ ὕστερον, τίθησι παραβολὴν παραμυθουμένην τοὺς ὕστερούς, και προθυμίαν αὐτοῖς ἐμβάλλουσαν, ἢν ὁμοῦ πᾶσαν ἀναγκαῖον ἐκτίθειν πρώτων, οὕτως ἀπαιτούσης τῆς ἐξηγήσεως αὐτῆς· εἴτα λοιπὸν ὁμοῦ και τὰ δοκούντα περὶ ταύτης εἰπεῖν. Εἰ γάρ και μακρὰ τίς ἔσθι, ἀλλ' εὐληπτος πέφυκεν.

ΚΕΦ. ΜΒ. Περί τῶν μισθουμένων ἔργατῶν. Ὁμοία — ἐν τοῖς ἑμοῖς; Τῆς ὅλης ταύτης παραβολῆς τὰ καιρία μόνον ἐρμηνευτέον, ὡς ὁ Χρυσόστομος (8) ἐπιτρέπει, τᾶλλα δ' οὐ περιεγραστέον, ὡς και ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ προδιελάθεσθαι. Νοεῖται γάρ ἐν ταύτῃ βασιλείᾳ μὲν τῶν οὐρανῶν αὐτός ὁ Χριστός, καθὼς πολλοῦ τῶν παραβολῶν εἰρήκαμεν· ἀμπελῶν δὲ αὐτοῦ, αἱ εὐαγγελικαὶ ἐντολαὶ αὐτοῦ· ἔργαται δὲ τοῦ τοιούτου ἀμπελῶνος οἱ ἔργαται τῶν τοιούτων ἐντολῶν ἀνθρωποι· κατὰ δὲ τῆς ἐργασίας, ὁ παρῶν βίος· πρῶτὸ δὲ και τρίτη ὥρα και ἕκτη και ἑνάτη και ἑνδεκάτη, αἱ διάφοροι τῶν ἀνθρώπων ἡλικίαι, καθ' ἃς τῇ πίστει προσέχονται, και εὐδοκίμοισι. Πρῶτὸ μὲν γάρ, ἔσθι, πρώτη ὥρα, ἢ ἡλικία τῶν νεπιόθεν κληθέντων εἰς τὰς με-

Variæ lectiones et notæ

(5) Scribendum videtur, τοὺς τῶν.  
(8) Hoc loco pro κλειύαι. Explicat hæc Chrysost. t. VII, p. 638. Locum autem Euthymius potis-

simum respicit ibid.: Οὐ χρὴ πάντα τὰ ἐν ταῖς παραβολαῖς κ. τ. λ.

(nn) Accipere. Ponere, recensere. Nescio quid egerit Henenienus loco ἐκτίθειν. Forte ἐκδέχσθαι.

Poterat etiam dicere θέσθαι.  
(oo) Similiter. Simul, uno loco, non per partes.

θείας ἐπιτολής· τρίτη δὲ ὥρα. ἡ ἡλικία τῶν ἐφήδων· ἕκτη δὲ, ἡ τῶν ἀνδρῶν· ἑνάτη δὲ, ἡ τῶν γερόντων· ἐνδεκάτη δὲ, ἡ τῶν βαθυγερόντων, εἴτουν, τῶν ἐχόντων βραχὺ λείψανον χρόνου ζωῆς ὑπολειμμένον.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Χριστὸς εἰς τὴν οἰκουμένην, τοῦτο μὲν, δι' αὐτοῦ, τοῦτο δὲ, διὰ τῶν ἀποστόλων, καὶ διὰ τῶν μετ' αὐτοῦ διδασκάλων, μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, τὸν καρποφοροῦντα βότρυας ἀριτῶν, εὐφρακίοντας τὸν οἰκοδοσπότην, τὸν τῆς οἰκουμένης Δισπότην. Εἰκότως δὲ εἶπε, μισθώσασθαι, μισθὸς γὰρ ἀπόκειται τοῖς ἐργάταις τῶν ἐπιτολῶν, ἡ ἐκάστου σωτηρία. Ταύτην γὰρ νοοῦμεν θαλάριον. Πλάττει δὲ τοὺς πρώτους ἡ παραβολὴ γογγύζοντες, καὶ ἐπιστοιμιζομένους, οὐχ ὅτι ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ἔσται φθόνος· εἰ γὰρ ἔνταῦθα ὄντες οἱ δίκαιοι τὰς αἰνῶν ψυχὰς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων τιθέσκει, πολλῶ μᾶλλον ἐκεῖ τούτους βλέποντες σωζομένους χαίρουσιν. ἄλλ' ὁ τοιοῦτος ἐσχημάτισται γογγυσμὸς, καὶ ἡ ἐπιστοιμία, εἰ, ἔμψατον μόνον τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τοὺς ἐσχατοὺς προσερχομένους φιλοanthρωπίας, ἵνα θαρῶσιν, ὡς οὐδὲν ἐμποδίζουσης τῆς ὑπερῆσσης, ἵαν εἰς τὸ ἐξῆς ἐργαζονται.

Καὶ ἡμεῖς γὰρ, ὅταν τινὰ πολλῆς ἀξιώσωμεν τιμῆς, εἴτα βουληθῶμεν ἐμφῆσαι τὴν ταύτης ὑπερβολὴν, εἰσθαμεν λέγειν, ὅτι ὁ θεὸς ἐτόγγυσε διὰ τὴν τοσαύτην τιμὴν. Τοῦτο δὲ λέγομεν, οὐκ ἐκείνον διαβάλλομεν, ἀλλὰ τοῦτον διεγείροντες εἰς εὐχαριστίαν.

Διατί δὲ οὐχ ὁμοῦ πάντας ἐκάλεσεν εἰς τὸν ἀμπελῶνα; Διότι οὐχ ὁμοῦ πάντας ἔβρεν. Ἀδύνατον γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὡς προειρήκαμεν, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν πάντας προσελθεῖν. Τότε δὲ εὐρίσκει ἕκαστον, ὅταν οὗτος ὑπακούεται μῆλη. φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, Ὅτι δὲ εὐδόκησεν ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρὸς μου· τότε δὲ εὐδόκησεν, ὅτε οὗτος ἐμίλλεν ὑπακούειν. Ἡ μὲν οὖν παραβολὴ διδάσκει, τοὺς ἐν ἐσχάτῳ γῆρα προσερχομένους μὴ ἀπογινώσκουσιν, ἀλλὰ γινώσκουσιν. ὅτι δυνατόν ἐστι ἐν βραχείᾳ σπουδῇ σωθῆναι. Τοῦτο γὰρ ὁ ταύτης σκοπός. Κρῆ δὲ ἡμᾶς τὸν σκοπὸν μόνον αὐτῆς δραπεψαμένους, τὰλλα μὴ πολυπραγμονεῖν. Τὰλλα γὰρ πάντα διὰ τὸν σκοπὸν συντεθέντα, ἵνα πιθανὸς γίνηται. καὶ οὐκ ἀκίνδυνον τὸ καὶ περὶ τούτων ζητεῖν, ὡς ὁ Κρυστότομος ἐν τῷ (7) Περὶ παραβολῶν κεφαλαίῳ παραδέδεικται.

[Νοοῦτο (8) δ' ἂν βάρος καὶ καύσων τῆς ἡμέρας τὸ βῆρος; τῶν πειρασμῶν καὶ τὸ πῦρ τῶν ἀτιθέστων ἔδοντων καὶ ἀγρίων παθῶν, ἀπὲρ ἐβάστασαν, εἴτουν ὑπέρβαινον, μὴ ἐνδόντες αὐτοῖς,]

<sup>54</sup> Galat. 1, 15.

### Variaë lectiones et notæ

(7) Multitudo de his præcipit Chrysostomus. Sed Euthymius, ut videtur, in mente habuit, t. VII, p.

(pp) Scopo adepto. Solum ejus scopum consecutos. Forte etiam pro δραπεψαμένους aliud invenit vocabulum. Certe equidem non memini alibi legere

A infantia vocati sunt ad dicta præcepta. Tertia autem hora, ætas ephëborum. Sexta vero, virorum. Nona, senum; et undecima, decrepitorum, quibus breve est reliquum vitæ tempus.

Exiit ergo Christus in mundum, tum per seipsum tum per apostolos, eosque præceptores qui illos secuti sunt, ut mercede conduceret operarios in vineam suam, quæ botros fructificat virtutum, lætificantes patremfamilias, qui Dominus est universi. Merito autem dixit, *ut mercede conduceret*: merces enim reposita est præceptorum operariis puta cunjusque salus: hanc enim intelligimus esse denarium. Effingit autem parabola primos murmurantes, impositumque illis silentium: non quod in regno cælorum futura sit invidia; nam si hic adhuc viventes justis suas animas pro hominibus ponunt, multo magis ibi, videntes eos salvos esse, gaudent. Sed tale figuratum est murmur, impositumque silentium, ad solam demonstrationem divinæ benignitatis erga eos qui postremi veniunt, ut confidant quod nihil illis oberit postremos venisse, si deinceps operati fuerint.

Et nos siquidem ubi aliquem multo dignati fuimus honore, et postmodum voluerimus hujusmodi magnitudinem demonstrare, solemus dicere quod quidam ob tantum honorem murmurabant. Hoc autem dicimus non illum reprehendentes, sed hunc ad gratiarum actionem excitantes.

Quare autem non omnes simul vocavit ad vineam? Quia non simul omnes invenit; impossibile enim erat eodem tempore, ut prædiximus, eademque ætate omnes accedere. Tunc autem unumquemque invenit, cum ille obediens efficitur. Ait enim Paulus: *Ubi vero beneplacuit ei, ut me separaret ab utero matris meæ*<sup>54</sup>. Nunc autem beneplacuit, quando hic obedivit. Docet itaque parabola, ne eos qui extrema senectute accedunt reprobemus, sed sciamus quod possibile sit brevi etiam studio ac diligentia salvari. Hic siquidem scopus ejus est. Oportet autem nos, solo ipsius scopo adepti (pp), cætera non magnipendere: reliqua enim omnia propter finale intentum composita sunt, ut facilius excipiantur; neque periculo vacat, etiam illa scrutari, veluti tradit Chrysostomus capite de parabolis.

† Intelligi potest pondus et æstus diei, gravitas tentationum, et ignis indomitæ voluptatum ac ferocium affectionum quas portaverunt sive sustinuerunt, ne ab eis vincerentur.

487.

(8) Inclusa codex uterque habet in margine.

σκοπὸν δραπεσθαι. In mentem veniebat, etsi non satis probatur, δραξαμένους, quod tamen frequentius genitivum quam accusativum habet.

Vers. 13. *Si — sum.* Quod, pro *sed*, hic sumitur. Ait enim: Si oculus tuus invidus est, atqui ego bonus sum, servans et te et illum. Tu vero ne ex hoc turberis quasi æqualia dentur bravia his qui a prima ætate usque ad finem evangelica servaverunt præcepta, et his qui in postrema ætate acquieverunt. Solum enim docuit parabola quod æqualiter salvi fiunt, non quod etiam æqualiter glorificentur, salus siquidem est non perire, gloria vero consequi bravia quæ varia sunt juxta proportionem data his qui servantur.

Vers. 16. *Sic — novissimi.* Non hoc ex parabola conclusit; nam impertinens est. Ibi enim primi æquales sunt postremi, hic autem postremi dicuntur primi. Sed alius est hic sermo, docens quod sicut illud accidit, ut qui a prima ætate operati sunt, æqualem accipiant mercedem his qui in postrema acquieverunt, ita sane et hoc contingit, ut novissimi appareant primi, et primi novissimi. Possunt autem hi esse Christiani et Judæi; aut fidelium quidam in principiis negligentes, postmodum vero serio operam dantes; quidam autem in principiis diligentes, postmodum vero negligentes; neque enim in fide solum, sed in vita quoque fiunt hujusmodi transitus.

Vers. 16. *Multi — electi.* Multi quidem ad fidem vocati sunt, pauci vero acquiescunt.

Vers. 17. *Et — Vers. 19. crucifigatur.* Ascendens jam ad Passionem rursum prædicat discipulis quæ futurum est ut ipsi contingant, ut crebro illis prædicando auferat vehementem eorum tristitiam. Seorsim autem de his disserit illis, siquidem non multos hæc scire oportebat ne offenderentur. Nam si hæc audientes discipuli turbabantur, multo magis turbæ.

Cur ergo non dictum est de his et ad turbas? Dictum est quidem, sed non manifeste: *Sic erit, inquit, Filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus*<sup>83</sup>; et alibi similia illis obscure dicebat, sicut in sequentibus inveniemus. Verum cum hæc non intelligerent, quare omnino ea dicebat illis? Ut cum postmodum ea cognoscerent, scirent quod quæ passurus erat præcognoverat, et voluntarie ad passionem venerat.

Sed neque discipulis principio particulariter de his locutus est, sed primum quidem obscure, deinde manifestius. Nunc vero cum tandem Passionis opinione exercitati sunt, etiam alia particularius addit, quod tradent eum gentibus sive militibus

<sup>83</sup> Matth. xii, 40.

Ei — εἰμι; Τὸ ὅτι, ἀντὶ τοῦ, (9) ἀλλὰ. Λέγει γὰρ, ὅτι Ἐγὼ ὁ ὀφθαλμὸς σου βίασκαιὸς ἔσται, ἀλλ' οὐν ἐγὼ ἀγαθὸς εἰμι, σώζων μὲν καὶ σὲ, σώζων δὲ καὶ τοῦτον. Σὺ δὲ μὴ θορυβηθῆς ἐντεῦθεν, ὡς Ἰσων βραβεῖων παρεχόμενον καὶ τοῖς ἐκ πρώτης ἡλικίας, ἄχρι τέλους ἐργασαμένοις τὰς εὐαγγελικὰς ἐπιτολάς, καὶ τοῖς ἐν ἐσχάτῳ γὰρ εὐαρεστήσαντο. Ἡ παραβολὴ γὰρ μόνον ἐδίδαξεν, ὅτι ἐπίσης σώζονται, οὐ μὲν ὅτι καὶ ἐπίσης δοξάζονται. Σωτηρία μὲν γὰρ, τὸ μὴ ἀπολίεσθαι· δοξα δὲ, τὸ τυχεῖν βραβεῖων, ἃ διαφέρῃ εἰσι κατὰ ἀναλογίαν δεδομένα τοῖς σωζομένοις.

Οὕτως — ἐσχατοί. Οὐκ ἐκ τῆς παραβολῆς τοῦτο συνεπέρανεν· ἀνοίκισον γὰρ· διότι ἐκεῖ μὲν ἴσοι (10) τοῖς πρώτοις οἱ ἐσχατοί ἐνταῦθα δὲ οἱ ἐσχατοί πρώτοι. ἀλλ' ἕτερος οὗτος ὁ λόγος, διδασκων, ὅτι ὡσπερ ἐκεῖνο γίνεται, τὸ τοῖς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐργασαμένοις ἴσον μισθὸν λαβεῖν τοῖς ἐν ἐσχάτῳ γὰρ εὐαρεστήσαντας, οὕτως ἄρα καὶ τοῦτο γίνεται, τὸ τοῖς ἐσχάτους πρώτους φαῖναι, καὶ τοῖς πρώτους ἐσχατούς. Εἶναι δ' ἂν οἱ τε Χριστιανοί, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τῶν πιστῶν οἱ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀμελήσαντες, ὑστερον δὲ σπουδάσαντες, καὶ οἱ ἐν ἀρχῇ μὲν σπουδάσαντες, ὑστερον δὲ ἀμελήσαντες. Οὐ γὰρ ἐπὶ πίστει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ βίῳ αἱ τοιαῦτα (11) μεταβολαί.

Πολλοί — ἐκλεκτοί. Πολλοὶ μὲν, οἱ καλούμενοι εἰς τὴν πίστιν· ὀλίγοι δὲ, οἱ εὐαρεστοῦντες.

Καὶ — σταυρώσαι. Ἀνερχόμενος ἐπὶ τὸ Πάθος ἤδη, πάλιν προλέγει τοῖς μαθηταῖς τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, ἐν τῷ πυκνῶς ταῦτα προλέγειν τὸ πολὺ τῆς λύπης αὐτῶν ὑποτεταμένοις. Κατιδέσθαι δὲ αὐτοῖς περὶ τούτων (12) διαλέγεται, διότι οὐκ ἴδεν ταῦτα μαθεῖν τοὺς πολλοὺς, ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσιν. Εἰ γὰρ οἱ μαθηταὶ ταῦτα ἀκούοντες ἐθροβεύοντο, πολλῶ μᾶλλον οἱ ὄχλοι.

Τί οὖν οὐκ ἐλέχθη περὶ τούτων καὶ πρὸς τοὺς πολλοὺς; Ἐλέχθη μὲν, ἀλλ' οὐχ οὕτω σαφῶς. Οὕτω γὰρ φησιν, ἔσται καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. Καὶ ἀλλαγῆ δὲ τοιαῦτα πρὸς αὐτοὺς εἶπε ἀσαφῶς, ὡς προϊόντες εὐρήσομεν. Καὶ ἐπεὶ οὐ συνείσαν αὐτὰ, διατι ὄλωσ ταῦτα πρὸς αὐτοὺς ἔλεγον; Ἴνα μετὰ ταῦτα μαθόντες αὐτὰ γνῶσιν, ὅτι προγνωσκῶν, ἃ παθεῖν ἔμελλον, ἐκὼν ἦλθεν εἰς τὸ παθεῖν.

Ἀλλὰ καὶ τοῖς μαθηταῖς οὐκ ἐξ ἀρχῆς λεπτομερῶς εἶπε περὶ τούτων, ἀλλὰ πρώτον μὲν ἀπρότερον, εἶτα φανερώτερον. Νῦν δὲ, ὅτε λοιπὸν ἐνεγμνάσθησαν τῇ προσδοκίᾳ τοῦ Πάθους, λεπτομερέστερον καὶ τὰ ἄλλα προστίθειν, ὅτι καὶ παραδει-

### Variae lectiones et notæ.

(9) Hanc interpretationem peperit lectio *ei*, loco  $\eta$ . Eam invexit Chrysost. t. VII, p. 637, 638 qui tamen istud *ei* — ὅτι prudenter, ut solet, non attingit. Et et  $\eta$  est mera confusio vocalium. Ex interprete Latino nihil colligi potest. Nam is recte poterat reddere  $\eta$  per *an*. Cæterum, etiamsi probetur *ei*, tamen nulla est necessitas *ὅτι* explicandi per ἀλλὰ.

Modo post *ἐμοῖς* deleatur interrogandi nota.

(10) ἴσοι. Ita sæpe variant codd. mss. in hoc vocabulo.

(11) Ac si μεταβάσει legerit Hentzenius.

(12) Τούτου, A. Mox idem omittit τοὺς ἀπὸ πολλοῦς.

σουσιω αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν, ἄγουν, τοῖς ἐκ Ῥώμης Ἰεροσολύμοις Πιλάτου, καὶ ὅτι ἐμπαιξουσιν οὗτος αὐτῷ, καὶ μαστῖγώσουσιν καὶ σταυρώσουσιν.

Quod si peccatorum supplicium duravit hic triginta et acto annos, quidnam poterit quisquam dicere de futuro supplicio? Uti que, quod æternum erit ac sine carens. Neque tamen omnes morbi a peccatis oriuntur, neque omnes peccatores ægrotant. Paralyticus quoque, de quo apud Matthæum fit mentio, propter peccatum ægrotabat, ut ibi distinguitur : ideo etiam dixit illi : *Remissa sunt tibi peccata tua* 88. Per tales autem admovet omnes, eos quidem, qui nondum ægrotaverunt, ut timeant ne morbo corripiantur, et ita corrigantur ; eos vero qui jam morbo subjacerunt, ut timeant ne deterior ægrotent, et deinceps cautius vivant.

Quisque ergo nostrum, si jam ægrotavit, dicat apud sese : *Ecce sanus factus es, non pecces deinceps, ne quid deterior tibi contingat.* Quod si nondum morbo detentus est, apostolicum oraculum apud se decantet : *Bonitas Dei ad pœnitentiam te invitât, sed juxta duritiam tuam et cor impenitens, iram tibi recondis* 89. Non solum autem corporis membra astringens suam ostendit divinitatem, sed etiam dicens : *Non pecces deinceps* ; siquidem omnia se nosse significavit, quantumvis etiam arcano.

Vers. 15. *Abiit — sanum.* Abiit et nuntiavit ; non tanquam iniquus, ut proderet, sed tanquam gratus ut benefactorem divulgaret. Nam beneficium ac minis sufficiebant, ut eum in officio continerent ; nec his tantum alligatus erat, verum etiam timebat ne quid deterior pateretur. Præsertim quod si eum proderet voluisset, nequaquam dixisset quod Jesus esset, qui se sanasset, sed quod Jesus esset, qui dixisset, ei : *Tolle grabbatum tuum et ambula.* Judæi enim quærebant discere non quis fecisset eum sanum, sed quis dixisset illi : *Tolle grabbatum tuum et ambula.* Ipse ergo, quia crimen incurrere se putabat, si tacuisset, beneficium prædicavit. Gratus itaque ac libere loquens censendus est hic homo, omnique carens accusatione.

Vers. 16. *Ac — Sabbato.* Quantum ad id quod apparebat, propter hoc ; quantum vero ad id quod occultum erat, propter invidiam.

Vers. 17. *Jesus autem — operor.* Utrinque seipsum Deo æqualem esse ostendit ; et dicens Deum patrem suum, et dicens, se operari sicut illum : ne deinceps tanquam puro homini auscultarent ei, sed tanquam Deo. Itaque, quod dicitur : *Ad hoc usque temporis,* continuitatem operationis significat.

88 Matth. ix, 2. 89 Rom. ii, 4, 5.

Α οἶμαι, καὶ εὐχαριστήρια τῷ Θεῷ ἀποδίδοντα. Ἐὰν παραυνοῖ μὴν μηκέτι ἀμαρτάνουσι, δεκτικὸν ὅτι ἐξ ἀμαρτιῶν ἐνόησε· ἀπειλεῖ δὲ, εἰ πάλιν ἁμαρταν χεῖρονα κέλασιν, διδάσκων ὡς οἱ μετὰ τὴν ἐξ ἁμαρτίας τιμωρίαν πάλιν ἀμαρτάνουσι, χαλιπύτως τιμωροθήσονται ὡς ἀναίσθητοι καὶ καταρονηταί, εἴτε ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ εἴτε ἐν τῇ μέλλουσῃ εἴτε καὶ ἐν ἀποφύραϊς.

Εἰ δὲ ἐνταῦθα κέλασι ἀμαρτιῶν παρατήρησιν τριακονταετῶ ἔτα, τί ἄν τις εἴποι περὶ τῆς αἰ κολάσεως ; Ὅτως γὰρ ἀτελεύτητος ἔστι καὶ αἰωνος. Οὐτε δὲ πᾶσαι αἱ νόσοι ἐξ ἀμαρτιῶν τίκονται, ἐπὶ πάντες οἱ ἀμαρτάνοντες νοσοῦσι· Καὶ ὁ μνησθεμένος δὲ ὑπὸ Ματθαίου παραλυτικὸς ἐξ ἀμαρτιῶν ἔκαστος καθὼς ἐκεῖ διεληφται· δὶὸ καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἄρτα· **Β** Ἀφώνεται σοι αἱ ἀμαρτίαι σου. Διὰ τῶν τοιούτων ἡ παραγγέλλει πᾶσι, τοῖς μὲν μήπω νοσήσασιν φράσκει μὴ νοσήσῳσι, καὶ διορθοῦσθαι· τοῖς δὲ ἤδη νοσησσοβοεῖσθαι μὴ νοσήσῳσι χεῖρον καὶ ἀσφαλιζέσθαι τὸ μέλλον.

Καὶ ἡμῶν οὖν ἕκαστος, εἰ μὴν ἤδη νοσήσῃ, ἰγέτω πρὸς ἑαυτὸν· Ἴδε ὑγιῆς γέγονας, μὴ ἀμαρταν, ἵνα μὴ χεῖρόν τι σοι γένηται, εἰ δὲ οὐπω νοσήσῃ, ἱπαδέτω ἑαυτῷ τὸ ἀποστολεῖν ἰγίον, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιαν ἔργου. κατὰ δὲ τὴν σκληρότητα σου καὶ ἁμαρτητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὄργην. Οὐ μόνον τῷ σφίγγῃ τὸ σώμα παρέσχεν αὐτῷ τῆς αἰωνος θείατης ἀπόδειξιν, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰπεῖν· Μηκέτι ἐπιτήτανε. Καὶ γὰρ ἐδήλωσεν ὅτι πάντα οἶδα, καὶ τὰ κρυπτα.

Ἀπῆλθεν — ὑγιῆ. Ἀπῆλθε καὶ ἀνήγγειλε, ὡς ἀγνώμων ἵνα προσδώσει, ἀλλ' ὡς εὐργιστὴς ἀνακηρύξῃ τὸν εὐεργέτην. Ἰκανῆ γὰρ καὶ ἡ εὐεργισία καὶ ἡ ἀπειλὴ ἐπισχεῖν αὐτόν. Καὶ ὡς μὴ ἠδέσθη ἂν, ἀλλὰ καὶ ἐφοβήθη μὴ τι χεῖρον πάθῃ, ἐγίστην λαθὼν ἀπόδειξιν τῆς τοῦ εὐεργέτου δυνάμεως. Ἄλλως τε καὶ εἰ προσδοῖται τοῦτον ἐσκέλευτο, εἰς ὃ εἶπεν ὅτι Ἰησοῦς ἔστιν ὁ ποιήσας με ὑγιῆ· ἀλλ' ἵνα Ἰησοῦς ἔστιν ὁ εἰπὼν μοι, Ἄρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει. Οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι μαθεῖν ἐζήτησαν οὐ τίς ἐποίησεν αὐτόν ὑγιῆ, ἀλλὰ τίς ὁ εἰπὼν αὐτῷ, Ἄρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει. Οὗτος δὲ τὸ θεαυόν ἡμῶν μα σιγήσας τὴν εὐεργισίαν ἐδημοσίευσεν. Εὐεργιστὴς οὖν καὶ πεπερησιασμένος ὁ ἄνθρωπος οὗτος· καὶ πρὸς ψεως ἀπάσης ἐπίτος.

Καὶ — Σαββάτω. Τῷ φαινόμενῳ μὲν διὰ τοῦτο ἡ κεκρυμμένῳ δὲ διὰ τὸν φόβον.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς — ἐργάζομαι. Ἐδείξεν (89) ἑαυτὸν ἴσον τῷ Θεῷ ἐκατέρωθεν, ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν Πατέρα ἴσον τὸν Θεόν καὶ ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν, ἐργάζεσθαι καθὼς ἐκεῖνος, ἵνα μηκέτι ὡς ἄνθρωπος φιλεῖ τούτῳ προσέχων, ἀλλὰ καὶ ὡς Θεῷ. Τὸ μὲν οὖν ἕως ἄρτι, τὸ δευτεῖος τῆς ἐργασίας δηλοῖ.

Variae lectiones et notæ.

(89) Αὐτόν Α.

Διττῆς δὲ νοουμένης ἐπὶ Θεοῦ τῆς ἐργασίας· ἡ μὲν γὰρ σημαίνει τὴν κατ' ἀρχᾶς δημιουργίαν τῶν φύσεων, ἡ δὲ τὴν μετ' ἐκείνην οἰκονομίαν καὶ πρόνοιαν καὶ συντήρησιν αὐτῶν· κατὰ μὲν τὸ πρῶτον σημαίνοντον κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ (90) τῶν ἔργων αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον αἱ ἐργάζονται, οἰκονομῶν τὸν κτίσιν καὶ προνοούμενος καὶ συνέχων αὐτὴν, καὶ νόμος οὐδαίς κωλύει τὸν νομοθέτην ἐργάζεσθαι πάντοτε τὴν σωτηρίαν τῶν κτισμάτων αὐτοῦ.

Παρατήρησον δὲ ὅτι διαφόρως περὶ τῆς τοῦ Σαββάτου λύσεως ἐγκυλιούμενος, ποτὶ μὲν θεοπροπῶς ἀπολογεῖται, καθάπερ καὶ νῦν, ποτὶ δὲ ἀνθρωποπροπῶς. Ἐβούλετο γὰρ ἀμφότερα πιστεύεσθαι, καὶ τὴν θεότητα αὐτοῦ καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν.

[Τοῦ ἁγίου (91) Μαξίμου· Τοὺς μὲν πρῶτους τῶν γεγενῶτων λόγους ὁ Θεός, καὶ τὰς καθόλου τῶν ὄντων οὐσίας, ἀπαξ, ὡς οἶδε, συμπληρώσας, ἐτι ἐργάζεται οὐ μόνον τὴν τούτων αὐτῶν πρὸς τὸ εἶναι συντήρησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατ' ἐνέργειαν δημιουργίαν τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμει μερῶν. Ἐν γὰρ τῇ ὕλῃ τουτέστι τῇ καθόλου τῶν ὄντων οὐσίᾳ, δυνάμει ὑπάρχουσι τὰ κατὰ μέρος ἐκ τῆς ὕλης (92) γινόμενα μερικὰ ὧν τὴν γένεσιν αἱ ὁ Θεός ἐργάζεται. Ἐτι μὲν ἐργάζεται καὶ τὴν πρὸς τὰ καθόλου τῶν μερικῶν ἐξομείωσιν, λέγων δὲ τὴν πάντων ἀνθρώπων κατὰ μίαν τῆς γνώμης ἐπὶ τὰ καλὰ κίνησιν, πρὸς τὸν λόγον τῆς φύσεως ἐνωσιν ἵνα γένηται πάντων ὡσπερ μία καὶ ἡ αὐτὴ φύσις, οὕτως καὶ γνώμη μία, σύμφωνός τε καὶ ταυτοκλήτος, Θεῷ τε καὶ ἀλλήλοις συναχθέντων διὰ τῆς προνοίας αὐτοῦ.]

Διὰ τούτο — Θεῷ. Λέγων γὰρ ὅτι Πατὴρ μου, τὸ γνήσιον ἐμφάνει· ὁ δὲ γνήσιος υἱός, ἴσος τῷ πατρὶ κατ' οὐσίαν καὶ φύσιν.

Ἀπεκρίνατο — ποιούντα. Ἐπειδήπερ ὑψηλὰ περὶ ἑαυτοῦ λέγων, ἐδιώκετο, μὴ δυναμένων ἐκείνων ἐφικέσθαι τοῦ ὕψους τῶν λεγομένων, ἀλλ' ὡς ἀντίθεον αὐτὸν διακόντων, συγκαταβαίνει τῇ ἀσθενείᾳ τῆς διανοίας αὐτῶν, καὶ ταπεινὰ φθίγγεται κατ' οἰκονομίαν ἵνα εὐπαράδεκτος αὐτοῖς γένηται. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τὸν λόγον ἀνάγει καὶ αὐθὺς ἐπὶ τὰ ταπεινὰ τούτου κατέγει· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον καὶ αὐθὺς ἐπὶ τὸ ταπεινότερον· καὶ οὕτω δ' ὑψηλῶν ὁμοῦ καὶ ταπεινῶν ῥημάτων, τῶν μὲν ἰσότητα ἐπιφανόντων, τῶν δὲ ἐλάττωσιν ἐμφάνειν δοκούντων, ὑφαίνει τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ οἰκονομεῖ τούτου ἐν (93) κρίσει, ὥστε τοὺς μὲν ὀξυτέρους τὴν διάνοιαν καὶ σύγνομονας, ἀπὸ τῶν ὕψων, καὶ περὶ τῶν ταπεινῶν τὴν προσήκουσαν ἔνοιαν λαμβάνειν· τοὺς δὲ ἀμβλυτέρους καὶ ἀγνώμονας ἀπὸ τῶν ταπεινῶν παραμυθεῖσθαι, καὶ ὡς περὶ ἀνθρώπου ταῦτα νοούντας μὴ ταράττεσθαι.

Cum autem duplex intelligatur Dei operatio : una siquidem significat naturarum ab exordio creationem, altera autem post illam, gubernationem ac providentiam, earumque conservationem. Primo quidem significato, cessavit die septimo ab omnibus operibus suis ; secundo vero semper operatur, creaturam gubernans, providens ac conservans illam. Nec vetat ulla lex legislatorem semper operari creaturarum suarum salutem.

Observa autem, quod de sabbati solutione variis locis accusatus interdum quidem tanquam Deus respondet, prout nunc : quandoque vero, tanquam homo : volebat namque ut crederetur utramque, puta et sua divinitas et incarnatio.

†† Sancti Maximi : Deus cum semel, uti ipse novit, rerum conditarum rationes et naturas rerum in universum constituisset, adhuc operatur, non tantum istarum rerum perduratum sed et efficacem creationem et propagationem partium, quæ ista prædita sunt facultate. In materia enim, hoc est in universa rerum essentia, facultatem habent partes per partes ex ista materia factæ, quarum generationem Deus semper operatur. Præterea etiam operatur partium ad totum conformationem, hoc est, conjunctionem omnium hominum, secundum unam mentis ad bonum motionem, ad naturæ rationem, ut fiat, sicut una et eadem natura, ita et una sententia, consentiens et eodem directa, omnibus et Deo et sibi invicem junctis, per divinam providentiam.

Vers. 18. *Propter hoc — Deo.* Dicens enim : *Pater meus*, legitimum se ostendebat : legitimus autem filius æqualis est patri, quoad substantiam et naturam.

Vers. 19. *Respondit — facientem.* Quia sublimia de seipso dicens persecutionem sustinebat, quod illi ad eorum quæ dicebantur, celsitudinem pervenire non possent, sed tanquam Deo contrarium eum persequerentur, condescendit imbecillitati mentis illorum, et humilia dispensative de se loquitur, ut per hæc facile susciperentur : deinde rursus ad sublimia sermonem reducit, et iterum hunc ad humilia demittit : rursusque ad id quod sublimius est, denuo ad id quod humiliter : et ita per sublimia simul et humilia verba, tum æqualitatem demonstrantia, tum minoritatem demonstrare apparentia, suum textit sermonem, atque hunc iudicio dispensat, ut et qui mente sunt acutiores ac benigni, sumant a sublimibus intellectum convenientem etiam de humilibus et qui obtusiores sunt aut insulsi, ab humilibus : consolationem accipiant, et quasi de homine hæc intelligentes, non turbentur.

### Variæ lectiones et notæ.

(90) Πάντων addit A.

(91) Hæc uterque codex in margine habet. Hentonius non agnoscit. Videtur autem plura hujusmodi scholia Maximi propter difficultatem et ob-

scuritatem in interpretatione prætermisisse.

(92) Γινόμενα A.

(93) I. e. ἐυλόγως.

Verumtamen quanquam verbo sint humilia, hoc etiam modo sub his excelis occultantur sententias : et verbis quidem causam tradere videtur adversariis (kk), sensibus vero nequaquam. Quid ergo nunc dicit ? *Non potest filius a se facere quidquam, nisi quid viderit patrem facientem* : his quidem, qui sunt intellectu crassiores, potentis minorationem præ se fert hic sermo, propter dictam dispensationem : subtilibus autem æqualitatem potius et identitatem, propter veritatem. Non potest enim, non ob potentis defectum, sed propter inseparabilitatem ; nam impossibile est, Filium quidquam facere, quod non facit Pater : quia non est alia Filio potentia ab ea quæ Patris est. sed eadem : quod si eadem est, æqualis certe Filius est Patri.

Ait autem Gregorius Theologus, quod earumdem rerum formas intelligentes præbet (ee) Pater, Filius vero perficit, non tanquam servus aut insipiens, sed tanquam dominus ac prudens, et ut magis proprie dicatur, modo spirituali, sive juxta Patris dominium ac scientiam.

Propter prædicta ergo dictum est : *Non potest Filius a se facere quidquam, nisi quid viderit Patrem facientem*. Quod si non propter hæc, quomodo potentia non potest ? aut quomodo sapientis est opus præceptore ? quomodo etiam : *Omnia per ipsum facta sunt* ? sive quo pacto etiam hominibus non erit imbecillior, qui multa a seipsis faciunt ? Nam et virtutem a nobis ipsis eligimus et vitium. Multa quoque variis ex locis consequentur absurda.

De prædico sine verbo subtilius disputavit Gregorius Theologus sexto secundi libri capite.

Vers. 19. *Quæcunque — facit*. Rursum ab humilibus transit ad sublimia, ut prædictum est ; nam si quæcunque ille fecerit, hæc Filius similiter facit, utique hæc æqualis est illi. Præponitur autem non vulgari modo dicitio *similiter*, sed ut discamus, quod cum æquali scientia et dominio facit, ut prædictum est.

Vers. 20. *Pater — facit*. Iterum a sublimibus ad humilia descendit. Diligit autem Filium, non solum tanquam unigenitum, sed etiam tanquam eadem facientem, et nihil, quod Pater nolit, operantem. Neque vero superius dictionem *Viderit*, de Filio ; neque hoc in loco dictionem *Demonstrat*, de Patre, humano modo intelligere oportet,

A Πλὴν, εἰ καὶ ταπεινὰ τὰ ῥήματα, ἀλλὰ καὶ οὐκ ὑψηλὰ τὰ ὑποκεκρυμμένα (94) τούτοις ῥήματα· κατὰ τὰς μὲν λέξεις καθυφίησι, τοῖς δὲ ῥήμασι οὐδαμῶς. Τί οὖν φησι νῦν ; Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἢ ἑαυτοῦ οὐδέν, ἴαν μᾶτι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα. Τοῖς μὲν παχύτερον νοοῦσιν ἐλάττωσιν ἐν νείμει· ὁ λόγος προφαίνεται διὰ τὴν ῥηθεῖσαν οἰκτιρίαν, τοῖς δὲ λεπτότερον ἰσότητα μᾶλλον καὶ τατότητα διὰ τὴν ἀλήθειαν. Οὐ δύναται γὰρ, εἰ καὶ ἔλλειψιν δυνάμει· ἀλλὰ κατὰ τὸ (95) ἀνεγχείρητον· ἀνεγχείρητον γὰρ ποιεῖν τι τὸν Υἱὸν ἢ οὐ ποιεῖ ἢ Πατὴρ, διότι οὐκ ἔστι τῷ Υἱῷ δυνάμις ἰσὶα κατὰ τὸ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἢ αὐτῆ· εἰ δὲ ἢ αὐτῆ, ἴσος ἔστι τῷ Υἱῷ τῷ Πατρὶ.

B Φησι δὲ ὁ Θεολόγος (96) Γρηγόριος ὅτι τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων τοὺς τύπους ἐνσημαίνεται μὲν ὁ Πατὴρ ἐπιτελεῖ δὲ ὁ Υἱὸς, οὐ δουλικῶς οὐδὲ ἀμαθῶς, ὡς ἐπιστημονικῶς τε καὶ δεσποτικῶς, καὶ οἰκονομικῶς εἰπεῖν πνευματικῶς, ἥτοι κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς ἐκστῆμην καὶ δεσποτείαν.

Διὰ τὰ ῥηθέντα οὖν εἴρηται τὸ Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἄρ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἴαν μᾶτι βιάσθῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα. Εἰ γὰρ μὴ διὰ ταῦτα, πῶς ἢ ἴσος οὐ δύναται, ἢ πῶς ἢ σοφία δεῖται διδασκᾶν, ἢ πῶς Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἢ πῶς οὐ καὶ τῶ ἀνθρώπων ἀσθενέστερος ἔσται, τῶν πολλῶν κειμένων ἄρ' ἑαυτῶν ; Καὶ γὰρ καὶ ἀρετῶν ἄρ' ἑαυτοῦ κερδύμεθα καὶ κακίαν· καὶ πολλὰ πολλαχόθεν εἴπει ἐπακολουθήσει.

C Περὶ μόνου τοῦ θηλωθέντος ῥητοῦ λεπτομερέστερον διαλεχθὲν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ ἑαυτοῦ κεφαλαίῳ τῷ περὶ Υἱοῦ δευτέρου λόγῳ.

A — ποιεῖ. Ἀπὸ τῶν ταπεινῶν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ μετέβη πάλιν, ὡς προεδέχθη. Εἰ γὰρ ἂν ἐν ταπεινῶν ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ, ἴσος ἄρα οὐκ ἔστιν ἑαυτοῦ. Τὸ δὲ ὁμοίως προσκαίεται εὐχὰ ἀπλῶς ἀλλ' ἢ μᾶλλον ὅτι μετὰ τῆς ἰσῆς ἐπιστήμης καὶ δεσποτείας ὡς προεῖρηται.

Ὁ γὰρ Πατὴρ — ποιεῖ. Πάλιν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐπὶ τὰ ταπεινὰ μετεχώρησε. Φηλεῖ δὲ τὸν Υἱὸν μόνον ὡς μονογενῆ, ἀλλὰ καὶ ὡς τὰ αὐτὰ ποιῶν καὶ μὴδὲν ἀθέλητον τῷ Πατρὶ ἐργαζόμενον. Οὕτως ἂν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ βλέπῃ, οὕτως ἐν ταῦτα ἐπὶ τῷ Πατρὶ το δεικνύσιν ἄνθρωπίνως χρῆ νείν, καὶ θεοπρατικῶς καὶ ὑπερφῶς. Οὕτως γὰρ ὁ Υἱὸς ἴσος

Variae lectiones et notæ.

(94) Ἀποκεκρυμμένα B. (95) Ἀνεγχείρητον B. Utrumque dici potest. Sed ἀνεγχείρητον est, quod quis non suscipiat, quod aliqua de causa non eventum habeat aut factu indignum sit : ἀνεγχείρητον, quod fieri non possit. Redit ergo fere eodem. Sed probò ἀνεγχείρητον, propter proximum ἀνένδεκτον. Ita quoque Hentenius videtur reperisse. Sed male reddit in-

separabilitatem. Minus enim probabile est, illum legisse ἀχωρίστων. Οὐκ ἐγχώρησεν, fieri nequ岸, sicut notum est. Ανεγχώρητος autem habet Gregor. Naz. p. 215. fin. quem locum fortasse in mente habuit Euthymius. Ibi sic : Οὕτως ἀδύνατον καὶ ἀνεγχείρητον ποιεῖν τι τὸν Υἱὸν, ὃ οὐ ποιεῖ ὁ Πατὴρ. Supra ad Luc. XVI. 26, est ἀνεγχείρητος. (96) Gregor. Naz. p. 216. init.

(kk) Causam tradere videtur adversariis. Submittit, id est, verba quidem submissa, sententia vero

neutiquam. (ll) Intelligentes præbet. Formas imprimi-



ὡς μαθητῆς, οὔτε ὁ Πατὴρ δέικνυσιν ὡς διδάσκαλος· ἄλλ' ὁ μὲν δέικνυσιν ὡς νοῦς τῶν αὐτῶν πραγμάτων τοὺς τύπους ἐνσημαίνωμενος· ὁ δὲ βλέπει ὡς λόγος, ἐπιτελῶν τὰ ἐνσημαίνοντα, καὶ οὕτω κοινὰ τοῦτοις πάντα τὰ θεοπρεπῆ πρόγματα.

Καὶ — θαυμάζετε. Ἐπειδὴ παραλύτου ἐσργίξε, καὶ ἦν μέγα τὸ γεγονός, ἔμελλε δὲ καὶ νεκρὸν ἐγείρειν, διὰ τοῦτο εἶπεν ὅτι καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῶ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζετε μείζον, καὶ οὕτως ἐναχθῆτε (97) πρὸς τὸ πιστεῖν.

Ὅσπερ — ζωοποιεῖ. Ἀπὸ τῶν ταπεινῶν μετῆλθεν αὐθις ἐπὶ τὰ ὑψηλά. Εἰ γὰρ, ὡσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος οὐς θέλει ζωοποιεῖ, ἰσοδύναμος ἄρα ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί. Τὸ μὲν οὖν ὡσπερ ὁ Πατὴρ ζωοποιεῖν τῆς δυνάμεως διδάσκει τὴν ἰσότητά· τὸ δὲ, οὐς θέλει τῆς ἐξουσίας τὴν ἀπαρραλλῆξίαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ δύναται καὶ ἐξουσίαν ἔχει, πῶς οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἄρ' ἑαυτοῦ οὐδέν; Οὐ δύναται οὖν χωρὶς τοῦ Πατρὸς, διότι μία καὶ ἡ αὐτῆ τοῦτοις δύναμις τε καὶ βούλησις.

Οὐδὲ — Πατέρα. Ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν μετίσθη πάλιν ἐπὶ τὰ ταπεινά. Κάνταυθα τοῖσιν τὸ δέδωκε θεοπρεπῶς νοητέον. Τὰ τοιαῦτα γὰρ, καθὼς εἰρήκαμεν, οἰκονομικῶς λέγει, οὐ μόνον ἐν-εῦθεν θεραπυῶν τὴν ἀσθένειαν τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἵνα τὸν αἴτιον εἰδῶμεν καὶ μὴ ἀγνῆντον εἶναι τὸν Υἱὸν ὑπολάθωμεν, μηδ' εἰς τὴν Σαβελλίου νόσον καταπίσωμεν, τὸν αὐτὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα νοούντος καὶ ἐν πρόσωπον τὴν ἁγίαν Τριάδα δογματίζοντος ἀνάτως.

Πότε δὲ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ; Ὑπὲρ τὸ Πότε ἢ ἀποκοίσεις. Εἰ δὲ χρῆ τι καὶ τολμηρῶς ἀποκριθῆναι, ἅμα τῷ τούτων γεγονῆσθαι. Πότε δὲ οὗτος γενήσεται, ὅτε ὁ Πατὴρ οὐ γενήσεται; Οὐκ ἔστι γὰρ οὐκ ἔστιν εὐραῖν ἐνοεῖν τινα χρόνον ἢ αἰῶνος καθ' ἢν ἐφικέσθαι τινὸς ἄκρου δυναθείημεν, εἰ καὶ ὅτι μαλιστα βιαζοίμεθα.

Τὴν κρίσιν δὲ πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ, ἵνα διὰ τοῦτο φοβούμενοι τιμῶσιν αὐτὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα. Πᾶσαν δὲ εἰπὼν, ἐδήλωσεν ἅμα τὴν τε τοῦ κολάζειν καὶ τὴν τοῦ τιμᾶν οὐς ἂν ἐβλή. Οὐ μὲν ἐξίδικε τὸν Πατέρα τῆς ἐξουσίας τοῦ κρίνειν. Εἰ γὰρ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ ἔστι, πλὴν ἀγεννησίας (98), πρόδηλον ὅτι καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς ἔστι, πλὴν (99) γεννήσεως. Κριεῖ τοῖσιν ὁ Υἱὸς, εὐδοκούντος μὲν τοῦ Πατρὸς, συνεργούντος δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡσπερ ἄρα νοοῦμεν καὶ ἐπὶ πάντων αὐτοῦ τῶν ἔργων.

A sed divino et supernaturali. Neque enim Filius videt sicut discipulus, neque Pater demonstrat sicut præceptor, sed hic quidem demonstrat, sicut mens, quæ formas earumdem rerum intelligendas præbet : ille autem videt, sicut sermo, qui ea quæ ad intelligendum data sunt, perficit : et ita eis communes sunt omnes divinæ res et causæ.

Vers. 20. Et — admiremini. Nam quia paralytici membra confirmaverat, magnum quidem erat quod factum erat, sed etiam mortuum excitaturus erat, et ideo ait quod etiam majora his demonstrabit ei opera, ut vos amplius admiremini, et ad credendum adducamini.

Vers. 21. Sicut — vivificat. Ab humilibus rursus ascendit ad sublimia. Nam sicut ille, ita et hic quos vult vivificat, æqualis utique potentix Filius est cum Patre. Vivificare itaque sicut Pater, potentix docet æqualitatem : quod autem additur : Quos vult, auctoritatis immutabilitatem. Verum si et potest, et auctoritatem habet, quomodo non potest Filius a se facere quidquam ? non potest ergo sine Patre, quia una et eadem est ipsis potentia et voluntas.

Vers. 22. Neque — Vers. 23. Patrem. A sublimibus iterum descendit ad humilia. Et hic ergo verbum Dedit, intelligendum est prout Deum decet : talia enim, ut diximus, dispensative dicit ; non solum curans ex hoc imbecillitatem Judæorum, verum etiam ut causam videamus, et ne non genitum esse Filium suspicemur, neque in Sabellii morbum decidamus, qui eundem esse Patrem et Filium ac Spiritum sanctum intelligit, et unicam esse sanctæ Trinitatis personam insane prædicat.

Quando vero dedit iudicium Filio ? De hoc, quando id fuerit, res est admodum occulta : et quanquam (mm) audenter respondere oporteat, quod simul ut hic genitus est : attamen quando hic genitus est, quando Pater genitus non est ? Non potest siquidem, non potest, inquam, inveniri temporis, aut sæculi alicujus intelligentia, qua ad extremum aliquod pervenire possimus, etiamsi maxime urgeamus.

Judicium autem omne dedit Filio, ut timentes propter hoc, honorent eum, sicut honorant patrem. Et cum Omne dixit, significavit et iudicium puniendi et iudicium honorandi, quos voluerit. Nec tamen Patrem iudicandi auctoritate privavit. Nam si omnia quæ habet Pater Filii sunt præterquam genitum non esse manifestum est quod etiam quæ habet Filius Patris sunt, præterquam esse genitum. Judicatur ergo Filius, approbante quidem Patre, cooperante autem et Spiritu sancto, veluti sane intelligimus in omnibus ejus operibus.

#### Varis lectiones et notæ.

(97) Ἀναχθῆτε A. Utrumque probum. Ex Henzenio nihil licet colligere.

(98) Ἀγέννητος γὰρ ὁ Πατὴρ.  
(99) Γεννητός γὰρ ὁ Υἱός.

(mm) Et quanquam, etc. Si autem necesse est, etiam audacter aliquid respondere.

Verum scire oportet, quod dictiones *sic, sicut* et similes, in increata quidem Trinitate æqualitatem significant, in creatis vero sæpius etiam similitudinem, ac partialem quamquam assimilationem. Quare autem dedit iudicium Filio? Quia hic hominem formavit, perditumque reformavit; ac salutaria dedit præcepta: et ut qui homo factus est, homines iudicaret: non solum tanquam Deus, qui hominum novit naturam, verum etiam ut homo, qui in ea forma tentatus est. Et quare Filius formavit hominem? Quia ipse est Sapientia, Verbum et Potentia Patris<sup>47</sup>. Et quare Filius et non Pater, nec Spiritus sanctus humanitatem assumpsit? Quia oportebat ut qui in supernis Filius erat, maneret etiam in infernis Filius, ne duo essent Filii: et quia oportebat etiam Creatorem renovare confractam suam creaturam; et quia opus erat ut rationalem per rationem sive Verbum liberaretur ab irrationalitatis affectionibus; et quia decebat per immutabilem Patris imaginem, eum qui ad Dei imaginem factus fuerat, eamque mutaverat, ad pristinam reparari dignitatem, ut ita convenienti modo omnia fierent.

Verum si eum honoraverimus, sicut honoramus et Patrem omnino etiam Patrem hunc appellabimus? Nequaquam, sed Filium eum scientes, Patrem non appellabimus, ne proprietates confundamus; honorabimus tamen, sicut Patrem: nam de honore sermo est, non de appellatione. Abusive vero et hunc Patrem vocamus, tanquam creatorem et procuratorem ac magistrum nostrum.

Vidisti sapientissimam et admirabilem contexturam sublimium humiliumque verborum; ut et de his quæ tunc facta sunt, sermo facile suscipiatur, et his nullo sint impedimento ea quæ postmodum fiunt. Nisi enim sese demittens humilia dixisset, quare etiam sublimia atteuisset. Nam qui de se magna dicere debet, cum parva locutus fuerit, pro excusatione habet dispensationem: siquidem dispensatorie hoc facit. Quem vero parva dicere convenit, quam ob causam magna loquitur? non enim dispensationis hoc est, sed extremæ arrogantiae. Quod si etiam minor erat Filius, sicut Ariani nugabantur, quare æqualem Patri honorem expetebat? Nec tantum expetebat, verum etiam terrorem incutiebat, dicens:

Vers. 23. *Qui — illum*. Qui non honorat, modo quo superius dixit, hoc est, sicut Patrem. Addidit autem: *Qui misit illum*, non sui minorationem significans, sed ora Judæorum obturans. Propter hoc etiam continue ad Patrem refugit, ponens interim et suæ naturæ nobilitatem. Sive enim omnia secundum sui dignitatem locutus fuisset, nequaquam suscepisset, existimantes eum Deo esse con-

A *Κρη δε γινώσκων ότι το ώσπερ, και το καθι και τα τοιαυτα επι μεν της ακτιστην Τριάδος τη ισότητα δηλουσιν, επι δε των κτιστων πολλας εν εικασια και ομοιοτητα τινα μερικην. Διατι δε (1) την κρυσιν δίδωκε τῷ Υἱῷ; Διότι ούτος τῶν ἀνθρώπων ἐπλασε, και φθαρόντα ἀνέπλασε, και τις υπηρίους ἐντολάς ἔδωκε, και ἵνα ὁ ἐνανθρωπήσας κρη τῶν ἀνθρώπων μη μόνον ὡς Θεός, εἰδὼς τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ και ὡς ἀνθρώπος, πεπεισμένος αὐτῆς. Και διατι ἐπλασεν ὁ Υἱός τῶν ἀνθρώπων. Διότι οὗτος ἐστὶ Σοφία και Λόγος και δύναμις τοῦ Πατρός. Και διατι ὁ Υἱός ἀλλ' οὐχ ὁ Πατήρ ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνανθρώπησε; Διότι ἔδει τῷ αὐτῷ Υἱῷ μένειν και κάτω Υἱόν, ἵνα μη δύο εἴεν Υἱοί, κ διότι ἔδει τὸν Δημιουργὸν ἀνακατασκευάσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ δημιουργημα, και διότι ἔδει τὸν λόγον ἐκ τοῦ Λόγου ἐκπαρθρωθῆναι τῆς ἀλογίας τῶν καθι κ διότι πρόπον ἦν διὰ τῆς ἀπαρραλλείτου εἰκόνης τοῦ πατρὸς τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ νεποικημένον και παραλλήλῳ αὐτῶν εἰς τὸ πρότερον ἐπαναχθῆναι ἀξίωμα, και εἰς καταλλήλως πάντα γενέσθαι.*

Ei οὖν τιμήσωμεν (2) αὐτὸν, καθὼς τιμῶμεν τὸν Πατέρα, πάντως και Πατέρα τοῦτον προσηγορήσωμεν (3); Οὐδαμῶς· ἀλλ' Υἱὸν αὐτὸν εἰδὼς Πατέρα μη οὐκ ὀνομάσωμεν, ἵνα μη συγχέωμεν τὰς ἰδιότητες: ὡς τὸν Πατέρα δε τιμήσωμεν (4)· περὶ γὰρ τῆς λόγος, οὐ περὶ προσηγορίας. Καταχρηστικῶς δε καὶ Πατέρα τοῦτον καλοῦμεν, ὡς ποιητὴν και κηρύττην κ διδάσκαλον ἡμῶν.

C *Εἶδες τὴν σοφωτάτην και θαυμασίαν πλοκὴν τῶν ὑψηλῶν ἅμα και ταπεινῶν ῥημάτων· ὡς και τὰ τότε γινέσθαι τὸν λόγον εὐπαράδεκτον, και τοὺς μη τοῦτο μη βλάπτεσθαι. Εἰ γὰρ μη διὰ συγκατάθετον τὰ ταπεινὰ εἴπω, διατι και τὰ ὑψηλὰ προστίσω. Ὅ μιν γὰρ ὀφείλων μεγάλα περὶ αὐτοῦ λέγειν ὅταν ὄταν μικρὰ φθῆγγεται, πρόφασιν ἔχει τὴν οἰκονομίαν οἰκονομικῶ γὰρ τοῦτο κοινὴ· ὁ δε μικρὰ λέγειν ὀφείλω τίνος ἕνεκεν μεγάλα φθῆγγεται; Τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι οἰκονομίας, ἀλλ' ἰσχάτης ἀλαζονείας. Εἰ δε και ἕτερον ἦν ὁ Υἱός, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἄρειον ἐλάρον, διατι τὸ ἴσον τῷ Πατρὶ τιμὴν ἀπῆρται; Και οὐκ ἀπῆρται ἀλλὰ και ἐφόδει, λέγων·*

D *Ὁ — αὐτὸν. Ὁ μη τιμῶν, ὡς εἴπω ἐν ἄλλῳ, καθὼς τὸν Πατέρα. Τὸν τίμωμεν δε ἵνα οὐκ ἐλάττωσιν αὐτοῦ ἐμφανῶσιν, ἀλλὰ τὰ σῶμα τῶν Ἰουδαίων ἐμάρτανται. Διὰ τοῦτο γὰρ και ἐν τῷ χωρὶς ἐπὶ τὸν Πατέρα κατακέρτυγει, τιθεὶς μεταξὺ τῆς οἰκείαν εὐγένειαν. Ἐπεὶ γὰρ πάντα πρὸς τὴν ἰσότητα αὐτοῦ ἀξίαν ἔλαλει, οὐκ αὐτὸν παρεδέξατο νεποικημένον ἀντίθεον, ὅπου (5) γε και ἀπὸ βραχίων τοῦτων κ*

<sup>47</sup> I Cor. xxiv, 30; Hebr. i, 3.

#### Variæ lectiones et notæ.

(1) Καί interponit A.  
(2) Τιμήσωμεν B.  
(3) Προσηγορεύσωμεν A

(\*) ΑΙ. Τιμήσωμεν.  
(5) Γε abest B.

μάτων ἰδίωξαν αὐτὸν καὶ ἐλίθασαν· εἶτε πάντα A  
συγκαταβατικῶς ἐφθάρητο, ὑφορώμενος αὐτοῦς,  
πολλοὶ ἐν ἐδιδάθησαν. Διότι, ὡς εἰρήκαμεν, ἀνα-  
μίγησι καὶ κερῆ τὴν διδασκαλίαν. Πρὸς γὰρ τὸ  
εὐπαράδεικτον γενέσθαι αὐτὴν, οὐ τοσοῦτον τὰ  
ὑψηλὰ ὅσον τὰ ταπεινὰ συνεβάλλετο. Λοιπὸν οὖν,  
ὅταν εὐρίσκωμεν ταπεινὰς φωνὰς, οἰκονομικῶς αὐ-  
τὰς λογιζώμεθα, ἢ καὶ τῆ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ ταύ-  
τας προσάπτωμεν, ὡσπερ καὶ τὰς ὑψηλὰς τῆ θεό-  
τητι.

Ἄμην — αἰώνιον. Ἰάλιν οἰκονομικῶς φησίν. Οὐχ  
εἶπε γὰρ, Καὶ πιστεύω ἔμοι, ἵνα μὴ δόξη κομπά-  
ζειν (6) ἄλλὰ, (7) τῷ πέμψαντί με, ἵνα δόξη μὴ ἄφ' (8)  
ἑαυτοῦ λέγειν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πέμψαντος αὐτόν, καὶ οὕτω  
πιστεύουσι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, ὡς δι' αὐτοῦ τῷ πέμψαντι  
αὐτὸν πιστεύοντες. Ὁρᾷς πῶς τὸ ταπεινὰ (9) λέγειν λυ- B  
σιτελεῖ τοῖς ὑψηλοῖς.

Καὶ — ἐρχεται. Εἰς (10) κατὰκρισιν κολάσεως. Ὁ  
γὰρ πιστεύων τῷ λόγῳ αὐτοῦ πάντως καὶ τῆρεῖ αὐτόν·  
λοιπὸν οὖν, ὁ μὴ τηρῶν αὐτόν οὐ πιστεύει αὐτῷ.  
Φριξόμεν οἱ μὴ φυλάσσοντες τὰς ἐντολάς τοῦ Θεοῦ.  
Μετὰ τῶν ἀπίστων γὰρ τετάγμεθα. Ζήτησον δὲ καὶ ἐν  
τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τὸ, Ὁ πιστεύων εἰς αὐτόν, οὐ κρίνε-  
ται.

Ἄλλὰ — ζῶν. Θάνατον, οὐ τὸν (11) ἐνταῦθα φησιν,  
ἀλλὰ τὸν ἐκεῖ, τουτίστι τὴν κολάσιν· ὡσπερ καὶ ζῶν,  
τὴν ἀπόλαυσιν τὴν ἐκεῖ. Μεταβάς γὰρ ἀπὸ τῆς ἀπισ-  
τίας εἰς τὴν πίστιν μετεβίβηκε λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῆς  
κολάσεως τῶν ἀπίστων ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν πισ-  
τῶν.

Ἄμην — ζήσονται. Εἰπὼν ἀνωτέρω, ὅτι Ὡσπερ ὁ  
Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζῶοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ  
Υἱὸς οὗς ἕξει ζῶοποιεῖ· ἵνα μὴ δόξη κομπάζειν (12),  
ἐπαγγέλλεται νῦν οὐχ εἰς μακρὰν ζῶοποιῆσαι νεκροὺς  
καὶ τὸν λόγον ἔργῳ πιστώσασθαι. Καὶ ἐπὶ τῆς Σαμαρεί-  
τιδος δὲ ὁμοίως εἰρακῶς, ὅτι Ἐρχεται ὥρα, προσέθηκεν  
ὅτι Καὶ νῦν ἴσθι. Καὶ (13) εἰρήκαμεν ἐκεῖ τὴν αἰ-  
τίαν.

Οἱ νεκροὶ δὲ ἀκούονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, πῶς ;  
Ἄμα τῷ θελήσει αὐτόν, τῆς ἐκάστου ψυχῆς ἐπι-  
στραφείας εἰς τὸ ἴδιον σῶμα. καὶ οἱ ἀκούσαντες  
νεκροὶ ζήσονται πάλιν τὴν ἐν τῷ κόσμῳ ζῶν.  
Ἰψηλὰ οὖν εἰρηκῶς ἐνταῦθα, τῷ καλέσαι ἐαυτὸν Υἱὸν  
τοῦ Θεοῦ πάλιν ἐπισκιάζει τὸν λόγον προσπλέκων τα-  
πεινά. D

trarium, cum etiam ob pauca hujusmodi verba il-  
lum persequerentur, vellenteque lapidare : sive  
omnia sese demittendo locutus fuisset, habito illo-  
rum respectu, multi sane detrimentum inde suscep-  
sissent. Ideo, ut diximus, miscet ac temperat do-  
ctrinam. Ut enim facile reciperetur, non tantum  
excelsa loquebatur, quantum humilibus permisce-  
bat. Itaque cum voces humiles reperimus, dispen-  
satorias eas existimemus, vel etiam ejus humanitati  
adaptemus, sicut et excelsas divinitati.

Vers. 24. Amen — æternum. Rursum dispensa-  
torie loquitur : neque enim dixit : Et credit mihi,  
ne gloriari videretur. (†† Sed qui me misit, ne  
videatur a se ipso loqui, sed ab eo, qui ipsum misit,  
ut ita credant sermoni ejus, credentes per eum ei  
qui ipsum misit. Vides, quam utile sit sublimibus  
dicere humiliter).

Vers. 24. Et — veniet (†† In condemnationem  
pœnæ. Qui enim credit sermoni ejus, profecto eum  
etiam observabit. Relinquitur ergo, ut qui eum  
non observet, ei nec credat. Perhorrescamus ergo  
nos, qui præcepta Dei non servamus. Cum infide-  
libus enim collocabimur. Quære vero etiam tertio  
capite istud : Qui in eum credit, non judi-  
catur<sup>66</sup>).

Vers. 24. Sed — vitam. (†† Mortem dicit non  
eam quæ hic est, sed quæ ibi, id est, pœnam.  
Sicut etiam vitam, fruitionem, quæ ibi est. Trans-  
gressus enim ab incredulitate ad fidem, transiit  
reliquum etiam ab pœna incredulorum ad fruitio-  
nem fidelium.)

Vers. 25. Amen — vivent. (†† Cum superius  
dixisset : Quemadmodum Pater suscitavit mortuos et  
vivificavit, ita et Filius, quos vult, vivificavit<sup>67</sup>, ne vi-  
deretur gloriari,) promittit nunc, quod non longo  
post tempore vivificaturus sit mortuos, sermonem-  
que opere comprobaturus. Ad Samaritanam quo-  
que dicens similiter : Venit tempus sive hora, pari  
modo addidit : Et nunc est<sup>68</sup>, significans futuræ rei  
propinquitatem.

Mortui autem audituri sunt vocem ejus : quo-  
modo ? Simul ac ipse voluerit, conversa cujusque  
anima ad proprium corpus, mortui qui audierint,  
vitam rursus in mundo vivent. Hic ergo, ubi dixit  
excelsa, se ipsum Dei Filium vocando, rursus ser-  
monem obscurat, attexens humilia.

<sup>66</sup> Joan. III, 18. <sup>67</sup> Joan. V, 21. <sup>68</sup> Joan. IV, 23.

### Variæ lectiones et notæ.

(6) Hic et in proximis scholiis defectu laborat  
interpretatio Hentenii. Hunc defectum hic in textu  
Græco his signis □ notavi.

(7) Ab ἄλλᾳ ad finem scholii desunt apud Hen-  
tenium. Eorum vero loco legitur : Non solum  
autem hic, sed in sequentiis quoque frequenter  
inveniemus quo pacto et metu, et promissione, ut  
sibi credatur, admoneat.

(8) Μὴ δόξη ἄφ' Α.

(9) Ταπεινόν Β.

(10) Hoc toto scholio caret Hentenius. Ejus loco

autem subjiciuntur hæc : Non condemnabitur in ju-  
dicio, nec punietur. Non negat autem quin morituri  
sint credentes, sed de morte loquitur perpetua, si-  
militer et de vita æterna.

(11) Etiam hoc scholio caret Hentenius.

(12) Hic rursus incipit convenire Hentenius.  
Scriba ergo ejus saltum fecerat ab κομπάζειν ad  
κομπάζειν, deinde vero errore animadverso, alia  
interposuit.

(13) Pro, Et diximus ibi causam, alia habet in-  
terpres.

Vers. 26. *Sicut — semetipso. Verbum dedit, A humile est et dispensatorium. Habet autem vitam in semetipso, hoc est, Ad modum fontis scaturire facit vitam.*

Vers. 27. *Et — faciendi. Judicium eorum quæ ab unoquoque in vita peracta sunt. Frequenter autem repetit judicium, magis eos exterrens, ut paulatim iudicem hunc esse credentes, ad eum accurrant, mansuetum sibi iudicem inde parantes.*

Vers. 27. *Quia — Vers. 28. Hoc. Quia homo est, qui iudicium sumpsit hominum, et prædicta de se ipso docuit, quæ magna et non tantum supra hominem sunt, sed supra angelos quoque et ad solum Deum pertinent, nolite mirari; prædictum est enim quod etiam Filius Dei sit. Non ergo offendi oportet; nam quæ odiosa apparent propter humanæ naturæ humilitatem, ea appareant tolerabilia propter divinæ naturæ celsitudinem. Deinde aliam quoque de seipso proponit tremendam et arcanam potestatem.*

Vers. 28. *Quia — Vers. 29. Condemnationis. Horam tempus dicit consummationis sæculi et universalis iudicii: eos autem qui sunt in monumentis, dicit mortuos, quos simul omnes repente ac virtute arcana coaptabit, animabit ac excitabit voce sua sine jussu, quo tunc per archangelum clamabit: In jussu, inquit, in voce archangeli, et in tuba Dei<sup>11</sup>.*

Atqui non omnes sunt in monumentis, sed ab his qui sunt in monumentis, etiam eos significavit, qui non sunt in monumentis, ab his videlicet, qui naturaliter sepulti sunt, eos etiam qui naturaliter sepulti non sunt. Ex monumentis autem prodibunt, hi quidem in resurrectionem vitæ æternæ, illi vera in resurrectionem condemnationis; isti ad fruitionem sempiternam; illi ad supplicium perpetuum. Alibi autem dixit: *Et abibunt hi in supplicium æternum, justi vero in vitam æternam<sup>12</sup>.*

Vers. 30. *Non possum — judico. Quemadmodum superius de operando dicebat: Non potest Filius a se facere quidquam, nisi quid viderit Patrem facientem<sup>13</sup>: ita et nunc de iudicando ait: Non possum ego a meipso facere quidquam, sicut audio iudico, hoc est, non iudico a meipso, sed sicut audio a Patre, vel sicut Pater: quod etiam æqualitatem ad Patrem ac indifferentiam innuit. Sicut enim in superioribus Videre, ita et hic Audire, intelligen-*

*Ἵσπερ — ἑαυτῶ. Τὸ Ἐδῶκε, ταπεινὸν καὶ αἰσχυρὸν. Ἐχει δὲ ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, ἵστί τοῦ Πηριζει.*

*Καὶ — ποιῶν. Κρίσειν τὴν τῶν βεβιωμένων ἱστί. Συνεχῶς δὲ στρέφει τὴν κρίσειν ἐπὶ πλείον ἱεροβόλοισιν, ἵνα κατὰ μικρὸν πειθόμενοι τούτων εἶναι κατὰ προσδράμωσιν αὐτῷ κατασκευάζοντες ἐντεῦθεν ἴστω ἑαυτοῖς τὸν δικαστήν.*

*Ἵτί — τοῦτο. Διότι (14) δὲ ἄνθρωπος ἴστω τὴν κρίσειν τῶν ἀνθρώπων λαβὼν καὶ τὰ κριθήντα διδάξαι περὶ ἑαυτοῦ, τὰ μεγάλα, καὶ αἰμόνον ὑπὲρ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἄγγελων πμόνον ὄντα Θεοῦ, μὴ θαυμάζετε τούτο. Πρῶτον γὰρ ὅτι καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἴστω, καὶ λαβὼν αἰσχυρὸν σκανδαλίζεσθαι. Ἄ γὰρ φορτικὰ φαίνεται ἐπὶ ταπεινῶν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, ταῦτα φαίνεσθαι διὰ τὸ ὕψος τῆς θείας. Εἶτα πρῶτον περὶ ἑαυτοῦ καὶ ἕτερον φοβερόν καὶ ἀρρήτων ἴστω.*

*Ἵτι — κρίσειν. Ἵστω μὲν λέγει τὸν καιρὸν τῆς συντελείας τοῦ κόσμου τὸν τῆς ἐκτελέσεως κρίσειν. Ἐν τοῖς μνημείοις δὲ φησι τοὺς νεκροὺς ὁμοῦ πάντας ἀθροῦν καὶ ἀρρήτων δυνάμει πηξεί καὶ ψυχώσει καὶ ἐξαναστήσει ἢ φωνῇ αὐτοῦ, ἴστω τὸ κέλευσμα τὸ διὰ τοῦ ἀρχαγγέλου τηλικαῦτα φωνοῦμενον. Ἐν κελύσματι, γὰρ ἴστω, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλτη Θεοῦ.*

*Καὶ μὴν οὐ πάντες ἐν τοῖς μνημείοις εἴστω. Ἄλλ' ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς μνημείοις [ἐδῶκε] (15) αὐτοὺς οὐκ ἐν τοῖς μνημείοις,] ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ταφέντων καὶ τοὺς μὴ κατὰ φύσιν ταφέντας. Ἐ τῶν μνημείων δὲ πορεύσονται, οἱ μὲν εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου, οἱ δὲ εἰς ἀνάστασιν κατακρίσεως καὶ μὲν εἰς τὸ ἀπολαύειν αἰεὶ, [οἱ δὲ εἰς τὸ κολάζεσθαι αἰεὶ (16).] Ἄλλαχού δὲ ἔλεγε. Καὶ ἀπελευσάντων οὗτοι εἰς κολάσιν αἰωνίων, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰωνίων.*

*Οὐ δύναμαι — κρίνω. Ἵσπερ ἀνωτέρω τοῦ ἐργάζεσθαι ἔλεγε. Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς καὶ ἀπ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, εἰ μὴ τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα. οὕτω καὶ νῦν περὶ τοῦ κρίνειν φησὶ. Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιῶν ἕκ' ἑμαυτοῦ, ἐκὼ καθὼς ἀκούω, κρίνω, τουτίστω. Οὐ κρίνω ἑμαυτοῦ, ἀλλὰ καθὼς ἀκούω παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔλεγε ὡς ὁ Πατὴρ ὅπερ ὑποδύλοι τὸ πρὸς τὸν θεὸν τέρα ἴσων καὶ ἀπαράλλακτον. Ἵσπερ γὰρ ἴστω.*

<sup>11</sup> I Thess. iv, 16. <sup>12</sup> Matth. xxv, 46. <sup>13</sup> Joan. v, 19.

#### Variae lectiones et notæ.

(14) Euthymius ergo sequitur distinctionem Chrysostomi, qui contra Paulum Samosatenum disputat. Vide Chrysost. t. VIII, p. 230. A. Huc spectat etiam scholium, quod ex codice Viudobonensi edidit ad h. l. Birchius. Confer etiam Theophylact. p. 632 A. Credo, illum data opera fumum

fecisse. Origenis, cujus ad hunc locum interpositio intercedit, tamen t. IV, p. 359 et 360: Ὁ Υἱὸς ἀνθρώπου ἴστω ad superiora refert, quæ Theophylactis est distinctio.

(15) Inclusa exociderunt A.

(16) Inclusa exociderunt A.

βλέπει· οὕτω κἀνταῦθα τὸ ἀκούειν νοητόν· οικονομικῶς μὲν, θεοπρεπῶς δέ. Οὐ γὰρ δεῖται τοῦ ἀκούειν· ἀνεδήτης γὰρ ὁ Θεός.

Καὶ — Πατρός. Κρίνω δίκαια, φησί, διότι οὐ κρίνω κατὰ τὸ θέλημα (17) τὸ ἐμὸν· οὐδὲ γὰρ ἔχω θέλημα ἴδιον· ἀλλὰ κατὰ τὸ τοῦ Πατρὸς. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐμὸν· ἐν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ θέλημα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Καὶ λοιπὸν, εἰ ὁ Πατὴρ κριτῆς δίκαιος, καὶ ὁ Υἱὸς ἄρα κριτῆς δίκαιος.

Χρὴ τοίνυν ἐπὶ τῶν τοιούτων συγκαταβατικῶν τε καὶ οικονομικῶν ῥημάτων μὴ πρὸς αὐτὰ βλέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἰρρήθησαν. Αἰτία γὰρ ἐπὶ τούτων ἡ ἀσθένεια τῆς διανοίας τῶν ἀκούοντων, καὶ τὸ μὴ δοκεῖν αὐτὸν ἀντίθεον, ὡς διαφθῶρα εἰρήκαμεν.

Ἐάν — ἀληθῆς. Χρὴ τοὺς τὰς ἱεράς Γραφὰς ἀναγινώσκοντας τὸν τε σκοπὸν τοῦ λέγοντος καὶ τὴν ἔξιν τοῦ ἀκούοντος ἐξετάζειν, καὶ καιροῖς καὶ τόποις ἔστιν διὰ προσέχειν, καὶ τὰ ἰδιώματα παρατηρεῖν, καὶ μὴ ἀπλῶς καὶ καθ' ἓνα τρόπον ἐπιάνει πάντα, εἰ βούλοιντο τὰ γνήσια νοήματα καταλαμβάνειν, καὶ μὴ ψιλοῖς τοῖς ῥήμασιν ἐναπομένειν, καὶ πλανᾶσθαι κατὰ τοὺς αἰρετικούς. Αὐτίκα γὰρ τὸ προκείμενον χωρίον ἔχει μὲν πολὺν θησαυρὸν, ἔχει δὲ τοῦτον πολλῆ κατακεχωρημένον ἀσφαεία. Τίς γὰρ οὐκ ἂν εὐθέως θορυβῆθῃ ἀκούων τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Ἐάν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἑαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθῆς; Καὶ γὰρ αὐτὸς ἔλεγεν· Ἐγὼ εἰμι ἡ ἀληθεια. Καὶ ἐάν ἡ ἀληθεια οὐκ ἀληθεύῃ (18), τίς ἀληθεύσει; Ἐάν ἂν περὶ ἑαυτοῦ μεμαρτύρηκεν οὐκ εἰσιν ἀληθῆ, πάντως οἰχεται ἡμῖν τὸ κεφάλαιον τοῦ κηρύγματος. Ἴνα γὰρ εἰσώμεν τὰλλα μυρία ὄντα καὶ συνεκτικὰ τῆς πίστεως, ποῦ θῆσομεν ἂν πρὸ βραχείας ἐμαρτύρησε περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι Υἱὸς ἔστι τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἴσος αὐτῷ κατὰ φύσιν καὶ δύναμιν καὶ θλίψιν, ὅτι δημιουργός, ὅτι ζωοποιός, ὅτι κριτῆς καὶ ὅσα τοιαῦτα;

Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν; Ὅτι, ἐπειδὴ τοιαῦτα περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρήσας ἔγνω τοὺς Ἰουδαίους ἐνθυμουμένους ἀντιθεῖναι καὶ εἰπεῖν, ὅτι (19) Ἐάν σὺ μαρτυρῆς περὶ σεαυτοῦ (20), ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθῆς. Οὐδεὶς γὰρ ἑαυτῷ μαρτυρῶν ἀξιόπιστος ἐν ἀνθρώποις δι' ὑπόψιν φιλαυτίας· προλαβε καὶ εἶπεν ὁ ἐμῆλλον εἰπεῖν ἐκεῖνοι, λέγων· Ἐάν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἑαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθῆς, ὡς ἡμῖν δοκεῖ· καὶ λοιπὸν παράγει μάρτυρας, συγκαταβαίνων κἀνταῦθα τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν, καὶ ἐκ περιουσίας ἐπιστομιζῶν αὐτούς.

A dum est dispensatorie, et ut Deo conveniat. Siquidem neque videre ei opus est, neque audire, cum Deus nulla re indigeat.

Vers. 30. Et — Patris. Juste, inquit, iudicio, quia non iudico secundum voluntatem, meam, neque ego propriam habeo voluntatem sed secundum Patris voluntatem; nam illa etiam mea est; una siquidem et eadem est Patris et Filii voluntas. Si ergo pater justus est iudex, et Filius utique justus est iudex.

Oportet itaque in hujusmodi verbis, quæ demissionem ac dispensationem significant, non ad ipsa tantum respicere, sed etiam ad causam ipsorum; in his enim causa est imbecillitas mentis audientium, et ne Deo contrarius videretur, sicut variis in locis diximus.

B Vers. 31. Si — verum. Oportet eos qui sacras legunt Scripturas, intentionem loquentis habitumque audientis exquirere, tempora quoque ac loca advertere, insuper idiomata observare: nec simpliciter et uno modo cuncta aggredi, si legitimos sensus velint deprehendere, et non in nudis manere verbis ac falli, sicut hæretici. Siquidem propositus statim campus (nn) thesaurum habet copiosum: habet autem hunc multa obrutum obscuritate. Quis enim repente turbari non posset audiens Christum dicentem: Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum<sup>19</sup>? Siquidem ipse dixit: Ego sum veritas; quod si veritas verum non loquitur, quisnam erit qui vera loquatur? Si quæ de seipso testificatus est, vera non sunt, nobis omnino perit prædicationis summa. Nam, ut cætera sinamus, quæ sunt innumera et fidem contingentia: ubinam ponemus ea quæ paulo ante de seipso testificatus est, quod Filius sit Dei, quod æqualis illi natura, potentia et voluntate; quod creator, quod vivificator, quod iudex aliaque similia?

Quid ergo dicendum est? Quod quia talia de seipso testificatus fuerat, cognovit Judæos habere in animo opponere se ei ac dicere: Si tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum non est verum. Nemo siquidem, qui de seipso fert testimonium, fide dignus est apud homines, propter suspicionem de nimio sui ipsius amore, ideo prævenit ac dixit, quod illi dicturi erant, dicens: Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum, ut vobis apparet. Itaque testes adducit, etiam in hoc se demittens ad imbecillitatem illorum, et ex abundanti cautione (oo) silentium illis imponens.

<sup>19</sup> Joan. xiv, 6.

#### Variæ lectiones et notæ.

(17) Hic addit A: Τὸ ἐμὸν· οὐδὲ γὰρ ἔχω θέλημα. Bis ergo idem scripsit.

(18) Ἀληθεύει A.

(19) Et id sane infra viii, 13, ei opponunt.

(20) Περὶ αὐτοῦ A.

(nn) Campus. Locus. Χωρίον dicitur, ut Latini locus, eo sensu, ut nolet locum in libro. Eodem modo ῥῆσις adhibetur.

PATROL GR. CXXIX.

(oo) Ex abundanti cautione. Cautione, non est in Græco. Ἐκ περιουσίας satis nota est formula.

Quod ergo ait : *Testimonium meum non est verum*, non quasi affirmando dixit, sed quod illi hoc dicere pararent. Quod autem hæc ita se habeant, inde manifestum est. Cum enim in sequentibus locutus fuisset dicens : *Ego sum lux mundi* <sup>85</sup>, dicentibus Pharisæis : *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum* <sup>86</sup> contradixit dicens : *Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est* <sup>87</sup>. Manifestum ergo est, quod illud oppositionis illorum erat, hoc autem intellectus ejus. Siquidem illi putabant, eum non esse fide dignum, qui de se ipso ferret testimonium, utpote hominem ; ipse vero e diverso sese fide dignum dixit, tanquam Deum. Primum itaque dissolvit excogitatam ipsorum oppositionem, dicens id quod ipsi dicere parabant, et ostendens quod cogitationes eorum cognosceret. Deinde etiam testes adducit manifestos, et quibus contradicere nequeat : Joannem, opera propria, ac Patrem. Primum autem ponit debilius testimonium puta Joannis.

Vers. 32. *Alius — me*. Scio hunc, inquit, quod apud omnes sit fide dignus, nempe propheta Dei, et a Deo accipiens, quæ loquitur. Deinde, ne quis opponat dicens : Quid si ad gratiam testimonium perhibuit ? hanc etiam tollit objectionem dicens :

Vers. 33. *Vos — veritati*. In primordiis Evangelii sui post sermonem de Deo habitum, dixit evangelista : *Miserunt Judæi ab Hierosolymis sacerdotes et levitas ut interrogarent eum : Tu quis es ?* et cætera <sup>88</sup>. Tunc ergo multa et magna testificatus est de Christo. Ideo nunc dicit : Vos misistis ad Joannem, interrogantes eum : non autem misissetis, nisi eum fide dignum cognovissetis ; testimonium ergo ejus refellere non potestis.

Vers. 34. *Ego — accipio*. Hoc est, humano testimonio non indigeo, eum sim Deus. Et quomodo in testimonium adduxit Joannem, qui homo erat ? Primum quidem, quia testimonium ejus non erat ipsius, sed Dei. Ait enim : *Qui misit me ad baptizandum in aqua, ipse mihi dixit* <sup>89</sup>. Deinde et aliam ponit causam. Vide enim.

Vers. 34. *Sed — salvi sitis*. Non quod humano, inquit, egeam testimonio, sed de Joannis testimonio dispensatorie loquor : ut ei credentes, qui et est, et vobis apparet fide dignus, salvi sitis.

Vers. 35. *Ille — lucens*. Lucerna accensa a divino Spiritu, et lucens his qui in tenebris erant peccati. Lucernam autem eum vocavit tanquam obscuratum excellenti lumine Solis justitiæ. Ipse siquidem de Christo dicebat : *Illum oportet crescere, me autem minui*.

Aliam quoque ob causam appellavit eum lucernam, quia videlicet non ex se doctrinæ lucem ha-

A Ὅτι τὸ, Ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἐστὶν ἀληθής, οὐκ ὡς ἀποφαινόμενος εἶπεν, ἀλλ' ὡς ἐκείνων τοῦτο εἰπὼ ἐνθυμουμένων. Ὅτι δὲ ἀληθῆς ταῦτα, δῆλον ἐπιθέθεν. Ἐπεὶ γὰρ προῖόν ἐλάλησε λέγων· Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐξῆς· εἰπόντων τῶν Φαρισαίων, Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἢ μαρτυρία σου οὐκ ἐστὶν ἀληθής· ὡςταῖτι, ἐκ ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἑμαυτοῦ, ἀληθής ἐστὶν ἡ μαρτυρία μου. Πρόδηλον οὖν ὅτι ἐκεῖνο γὰρ τῆς ἐκείνων ἀντιθέσεως ἦν· τοῦτο δὲ τῆς τούτου γωνίας. Ἐκείνοι μὲν γὰρ ᾤοντο μὴ ἀξιόπιστον αὐτὸν εἶναι περὶ ἑαυτοῦ μαρτυροῦντα ὡς ἀνθρώπων· οὐκ ἢ τούναντιον ἔλεγεν ἀξιόπιστον ἑαυτὸν ὡς Θεῶν. Πρῶτον μὲν οὖν κάτελλυσε τὴν μελετωμένην ἐπιθεσὺν αὐτῶν, εἰπὼν ὅπερ εἰπεῖν ἐνεθυμοῦντο, καὶ δεῖξαι ὅτι γινώσκει τὰς διακονίας αὐτῶν· εἶτα καὶ μάρτυρα παράγει σαφῆς καὶ ἀναντιρρήτους τρεῖς, τὸν Ἰωάννην τὰ οἰκεία ἔργα, καὶ τὸν Πατέρα· Πρῶτον δὲ τῆς ἐκείνων ἐλάττω μαρτυρίας, τὴν Ἰωάννου.

Ἄλλος — ἐμοῦ. Οἶδα τοῦτο, φησὶ, διότι πᾶν πάντων ἔχει τὸ ἀξιόπιστον, ὡς προφήτης Θεοῦ καὶ ὑπὸ Θεοῦ ἐνηχούμενος ἀ φθγγεται. Εἶτα ἵνα μὴ ἀντιθέσται τις· Τί οὖν, εἰ πρὸς χάριν μεμαρτύρηται, προαναίρει καὶ ταύτην τὴν ἀντίθεσιν, λέγων.

Ἔμεις — ἀληθεία. Ἐν προομιόις, μετὰ τῆς θεολογίας φησὶν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτε (21) Ἀπίστουσαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς ἵνα ἐρωτήσωσι αὐτὸν, Σὺ τίς εἶ ; καὶ τὰ ἐξῆς· τότε οὖν ἐμαρτύρησε περὶ τοῦ Χριστοῦ πολλὰ καὶ μεγάλα. Διὰ τοῦτο λέγει νῦν, Ἔμεις ἀπίστουκατε πρὸς Ἰωάννην ἐρωτῶντες· οὐκ ἂν δὲ ἐπιστεῖλατε, εἰ μὴ ἀξιόπιστον αὐτὸν ἐγινώσκειτε. Αὐτὸν οὖν οὐ δύνασθε παραγράψασθαι τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ.

Ἐγὼ — λαμβάνω. Τουτέστιν, οὐκ ἐνθροῦνται μαρτυρίας δεῖσθαι Θεὸς ὢν. Καὶ πῶς τὸν Ἰωάννην μάρτυρα παράγει, ἀνθρώπων ὄντα ; Πρῶτα μὲν, διότι ἡ μαρτυρία αὐτοῦ οὐκ ἦν αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. Εἶπε γὰρ, ὅτι Ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· Ἐπειτα δὲ τίθησι καὶ ἄλλην αἰτίαν· Ὅρα γὰρ.

Ἄλλὰ — σωθῆτε. Οὐκ ἀνθρωπίνης μαρτυρίας δεῖσθαι φησὶν, ἀλλὰ τὰ περὶ τῆς μαρτυρίας τοῦ Ἰωάννου λέγει οἰκονομικῶς, ἵνα τῶν καὶ ὄντι καὶ δοκοῦντι ὑμῖν εἶναι πιστῶν πειθομένοι σωθῆτε.

Ἐκείνος — φαίνω. Ὁ λύχνος, ὁ ἰσχυρὸς φῶς τῶν πυρὶ τοῦ Θεοῦ Πνεύματος καὶ φαίνων τὴν ἐν τῷ σκοτεινῇ τῆς ἀμαρτίας· Ἀλύχνην δὲ αὐτὸν ἐκείνους, ὡς ἀμαυρωθέντα τῶν ὑπερβάλλοντι φῶτι τῷ Ἥλιου τῆς δικαιοσύνης. Ἐφη γὰρ αὐτὸς περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι Ἐκείνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ὑλάττωσθαι.

Καὶ ἐτέρως δὲ λύχνην αὐτὸν ἀνόμαστον, ὡς μὴ οἰκοθεν ἔχοντα τὸ φῶς τῆς διδασκαλίας, ἀλλ' ἐκ τῆς

<sup>85</sup> Joan. viii, 12. <sup>86</sup> Ibid. 13. <sup>87</sup> Ibid. 14. <sup>88</sup> Joan. I, 19. <sup>89</sup> Ibid. 33. <sup>1</sup> Joan. iii, 30.

### Variae lectiones et notæ.

(21) Ὅτι B.

χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οἶμαι δὲ, περὶ τούτου A  
προεῖπε διὰ τοῦ Δαυὶδ ὁ Θεός· Ἦτοίμασα λύχνον τῷ  
Χριστῷ μου.

Ἑμεῖς — αὐτοῦ. Καθάπτεται τούτων, ὡς μὴ  
μέχρι τέλους τρησάντων αὐτῷ τὴν σπουδὴν. Ἦθε-  
λήσατε γάρ, φησὶν, ἀγαλλιασθῆναι πρὸς καιρὸν τινα  
ἐν τῷ φωτὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ὅτε πανταχόθεν  
πάντες πρὸς αὐτὸν συνετρέχετε· εἴτα ἐψυχρύνθητε,  
εἰ καὶ μέχρι νῦν θαυμάζετε τούτον. Εἰ γὰρ μὴ ἐψυ-  
χρύνθητε, πάντως ἂν ἐπιστεύσατε τῇ μαρτυρίᾳ  
αὐτοῦ· ἐλέγχσαθε οὖν τὸν αὐτὸν καὶ ἀξιώπιστον  
ὁμολογούντες καὶ μὴ πιστεύοντες τῇ μαρτυρίᾳ  
αὐτοῦ.

Ἐγὼ — ἀπίσταλκε. Τὴν μὲν γὰρ τοῦ Ἰωάννου  
μαρτυρίαν ἠδύνατό τις διαβαλεῖν ὡς πρὸς χάριν  
γεγενημένην, καίτοι οὐδὲ τούτο ἐξῆν εἰπεῖν κατ' ἄν-  
δρὸς μετὰ πάσης ἀκριβείας φιλοσοφούντος, καὶ  
σφόδρα θαυμασθέντος αὐτοῖς· τὰ δὲ ἔργα πάσης ὑπο-  
ψίας ἀπηλλαγμένα πᾶν ἐμφράττει στόμα φιλόνοιον,  
ἦγουν (22) ἢ τοῦ παρκελύτου σύσφιγξις, καὶ τὰ  
λοῦπά θαύματα· παρ' αὐτοῖς ὄντων δὴ τῶν θερα-  
πευθέντων καὶ πληροφορούντων αὐτούς. Αὐτὰ, φησὶ, τὰ  
ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ, περὶ ἐμοῦ, ὅτι ὁ Πατὴρ με  
ἀπίσταλκεν.

Οὐκ εἶπε δὲ, Μαρτυρεῖ ὅτι ἴσος εἰμὶ τῷ Πατρὶ,  
ἀλλ', ὅτι Ὁ Πατὴρ με ἀπίσταλκε· καίτοι καὶ τούτο  
κάκεινο ἐπαρτύρουσ ὁμῶς, εἰ (23) καὶ μείζων ἦν τὸ  
πιστευθῆναι ὅτι ἴσος ἐστὶ τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ γὰρ τὸ  
ἔττον τίθειεν ὡς μάλιστα τινικαῦτα σπουδαζόμενον.  
Ἐβούλετο γὰρ πρῶτον πιστευθῆναι ὅτι ὁ Θεὸς ἀπίστει-  
λεν αὐτόν. Τούτου γὰρ πιστευθέντος καὶ τὸ ἄλλο ῥῆδιον  
ἦν.

Ἄλλὰ πῶς τὰ ἔργα ἐμαρτύρουσ ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν  
ἀπίσταλκεν; Ὡς μνησὶ ἔργα θείας δυνάμεως. Τοι-  
αῦτα γὰρ ἀντίθεος ποιεῖν οὐκ ἠδύνατο. Εἰ γὰρ καὶ  
τοῖς θαύμασιν ἀντιπεῖν ἀναισχύντως ἐτόλμησαν, ὡς  
ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον  
ιστορηταί, λέγοντες· Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια,  
εἰ μὴ ἐν τῷ Βελζεβούλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων· ἄλλ'  
οὖν ταχέως ἐπιστομίσθησαν ἐκεῖ καὶ μάτην φλυαρούντες  
ἠλέγχθησαν.

Καὶ — ἐμοῦ. Ποῦ μεμαρτύρηκε περὶ αὐτοῦ; Δη-  
λώσει προῖων ὅτι ἐν ταῖς Γραφαῖς. Καὶ μὴν καὶ  
βαπτίζομένου μεμαρτύρηκε περὶ αὐτοῦ, λέγων·  
Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδό-  
κησα (24). Καὶ αὐθις μεταμορφουμένου. Ἄλλὰ βα-  
πτίζομένου μὲν, εἰ καὶ ἔκουσαν, ἀμφέβαλλον· μετα-  
μορφουμένου δὲ, οὐδὲ ἔκουσαν αὐτοί. Διὰ τοῦτο τὰς  
τοιαύτας μαρτυρίας παραδραμῶν πρὸς τὰς Γραφὰς  
αὐτοῦ παραπέμπει, τὰς ἐν χερσὶν οὐσας αἰεὶ καὶ  
ἀναντιρρήτους. Ἄλλὰ τούτο μὲν ποιεῖ προῖων. Νῦν  
δὲ ἵνα μὴ ἀπαιτήσωσιν αὐτὸν αὐτόφωνον καὶ αὐτο-

bebat, sed ex gratia sancti Spiritus. De hoc autem  
ut opinor, prædixit per os David : *Paravi lucernam  
Christo meo* 2.

Vers. 35. *Vos — ejus*. Objurgat hos, quod non us-  
que ad finem studiose illum observaverint. Vo-  
luistis, inquit, quodam tempore exsultare in luce  
doctrinæ illius, quando omnes undique ad eum  
concurreratis, et postmodum refrixistis, quanquam  
hactenus illum admiramini : nisi enim refrixissetis,  
testimonio utique illius credidissetis. Digni igitur,  
estis, qui redarguamini, quod licet hunc fide di-  
gnum confiteamini, ejus tamen testimonio non  
credideritis.

Vers. 36. *Ego — miserit*. Siquidem Joannis tes-  
timonium poterat quispiam calumniari, tanquam  
ad gratiam factum : quanquam hoc vere dici non  
poterat adversus virum, qui omni cum diligentia  
suo fungebatur munere, et apud omnes vehementi  
in admiratione habebatur : verum opera omni  
suspicione libera, cunctorum ora contentiosa obtu-  
rabant, puta paralytici confirmatio, cæteraque  
miracula : cum apud eos essent qui curati erant, et  
plenam eis fidem faciebant. *Opera*, inquit *quæ ego  
facio, testificantur de me, quod Pater miserit me*.

Non dixit autem : Testificantur, quod æqualissim  
Patri, sed, *quod Pater miserit me*. Atqui et hoc,  
et illud testificabantur. Verum etsi majus erat ut cre-  
deretur æqualis esse Patri, minus tamen posuit,  
nempe id quod tunc maxime intendebatur. Volebat  
namque primo credi, quod se Deus misisset ;  
hoc enim credito, reliquum facilius erat ad creden-  
dum.

Sed quomodo opera testificabantur quod Deus  
eum misisset ? Testificabantur id, tanquam opera  
soliis divinæ virtutis. Siquidem, qui Deo contra-  
rius esset, hujusmodi facere non poterat : nam  
licet miraculis contradicere impudenter attentabant,  
sicut vicesimo secundo juxta Matthæum capite  
scriptum est, dicentes : *Hic non ejecit dæmonia,  
nisi per Beelzebub principem dæmoniorum* 3 ; sed  
ibi citius os illis obstruitur, et vane nugari con-  
vincuntur.

Vers. 37. *Et — me*. Ubi de ipso testimonium  
perhibuit ? In sequentibus significabit, quod in  
Scripturis : quanquam etiam, dum baptizaretur,  
testimonium de eo perhibuit, dicens : *Hic est Filius  
meus dilectus, in quo mihi complacitum est* 4. Et  
rursus, cum transformaretur. Sed cum baptizaretur,  
licet audierunt, dubitabant : cum autem  
transformaretur, ne audierunt quidem ipsi.  
Idcirco prætermittis hujusmodi testimoniis, ad  
Scripturas eos transmittit, quas semper in mani-  
bus habebant, nec fas erat illis contradicere ; sed

2 Psal. cxxxii, 17. 3 Matth. xii, 24. 4 Matth. iii, 17.

#### Varia lectiones et notæ.

(22) Malim εἶον, pro ἦγουν.

(23) Εἰ abest A. Mox idem habet πιστευθέν.

(24) Πύδοκησα A.

